BIBLIO
ANATO

A
3
487

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 3
Numero: 487

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 3
Numero: 487

# BIBLIOGRAPHIÆ ANATOMICÆ SPECIMEN:

SIVE

# CATALOGUS

Omnium penè Auctorum

QUI AB

HIPPOCRATE AD HARVÆUM

*REM ANATOMICAM* ex profeſſo, vel obiter, ſcriptis illuſtrârunt; opera ſingulorum, & inventa juxta temporum ſeriem complectens.


CURA & STUDIO

JACOBI DOUGLAS,

*M. D. Societ. Reg. Soc. & in Colleg. Chirurg. Londinenſ. Prælect. Anatom.*


EDITIO SECUNDA,

Priori auctior.



*I.V. Vinne Delin.* *I.V. Solingen Fecit*


*LUGDUNI BATAVORUM*

Apud GISBERTUM LANGERAK,

MDCCXXXIV.

U 20027655

ILLUSTRI FACULTATI MEDICÆ
FLORENTISSIMÆ ACADEMIÆ
LUGD. BATAVÆ.
UT POTE
MAGNIFICO.
*GRAVISSIMIS, DOCTISSIMIS, EXPERTISSIMIS.*
*CELEBERRIMISQUE VIRIS.*

## D. HERMANNO OOSTERDYK SCHACHT.

A. L. M. Phil. & Med. Doctori, Medicinæ Theoreticæ & Praticæ, nec non Collegii Practici Profeſſori, Collegii Theol. Illuſtr. & Præpot. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſtfriſiæ, quod Leidæ eſt, Medico ordinario, Collegii Pharmaceutici Præſidi, h. t. Rectori Magnifico.

## D. HERMANNO BOERHAAVE

A. L. M. Phil. & Med. Doctori, in Alma Academia Lugd. Bat. quondam Botanices & Chemiæ Profeſſori Ordinario, ibidem nunc Medicinæ & Collegii Practici Profeſſori, Collegii Chirurgici Præſidi, Academiæ Regiæ Scientiarum Paris. Socio.

## D. BERNHARDO SIEGFRIED ALBINO

Med. Doctori, Anatomes & Chirurgiæ Profeſſori.

D. ADRIANO VAN ROYEN
Med. Doctori, Medicinæ & Botanices Profeſſori.

UT ET

*DOCTISSIMO VIRO*

D. HIERONYMO DAVIDI GAUBIO
Med. Doctori & Prælectori Chemiæ.

Novam hanc Cl. Jacobi Douglaſſii Bibliohraphiæ Speciminis editionem, Auctam & recenſitam, ut mentem gratam, debitamque obſervantiam teſtaretur eâ, quâ decet, animi reverentiâ.

*Dedicat & inſcribit.*

GISBERTUS LANGERAK.



# LECTORI
## S. P. D.
## ADRIANUS PELERIN CHROUET

NOvam hic, Tibi Siſtimis editionem egregii & a multis deſiderati Opuſculi Cl. Douglaſſii de Autoribus, qui ab Hippocrate ad Harveum Rem Anatomicam ex profeſſo vel obiter, ſcriptis illuſtrarunt; multò quidem illâ Londinenſi emendatiorem, & quo ad Chartæ pulchritudinem, typique elegantiam priori illâ non inferiorem: ſed quod hanc inprimis longè commendabiliorem facit, ſunt Annotationes & Additiones, quas a Cl. Viro B. S. Albino accepimus. Is rogatus, cum plus operæ his impendendi otium ipſi non eſſet, recenſuit bi-

bliothecam ſuam, & quæ adjici poſſe invenit, nobis liberaliſſime communicavit, eisque hanc læti adornavimus editionem. Neque Clar. Douglaſſio hoc ingratum fore, eò magis confidimus, quod ipſe egregius ille Autor in præfatione rogavit, ut, ſi qui ſint, qui in ſuis ſcriniis habeant, quæ hic deſiderantur, ipſi communicare velint: melior autem illa, quæ addidimus, communicandi non poterat ſe offerre occaſio, quam novæ hujus editionis, quam exemplorum defectus poſtulabat, adornatio.

Inutile foret hujus Operis utilitatem multis prædicare verbis, cum illud ſatis orbi litterato & medico innotuerit, & quid præſtitum in eo ſit, ipſe Autor in præfatione ſatis expoſuerit; ſufficiet ergo, ut paucis tantum dicamus de nova hac editione.

Errata & Omiſſa, de quibus in prima editione monitum, exactiſſime correximus, & ſuis locis reſtituimus: præter ea in textu nihil mu-



mutatum vel additum, ne quid Autori addere vel detrahere velle videremur.

Additamenta, quæ ad calcem libri poſt Autores omiſſos in primâ editione reperiebantur, quantum potuimus exacte ad loca, ad quæ pertinebant, retulimus, & litteris Alphabeticis inſtar notularum infra textum poſuimus, ut uno quaſi intuitu illa percipere poſſet Lector, & non haberet neceſſe in libri calce quærere: illas additiones vero, quas Cl. Albinus ſuppeditavit, poſt illas, quæ Autoris ſunt, locavimus, & Aſteriſcis notavimus, ut facile poſſent diſtingui:

Autores Omiſſos ſuis locis non inſeruimus, ſed in fine, ut in primâ editione, reliquimus: his vero hiſtoriam aliorum quorundam, Autore Cl. Albino, addidimus, quibus Aſteriſcos appoſuimus.

Optandum foret, ut Egregii hi Viri in uſus publicos hanc hiſtoriam ad hunc usque diem



per-

perficere vellent; vel ut ipſe Autor, qui illam tam feliciter incepit, abſolvere quoque vellet: cæterum accipias hunc librum eo quo dignus eſt pretio, certus, lectionem ſæpius repetitam, non diſplicituram. Vale

DE-



ILLUSTRISSIMÆ

# Societati Regali

LONDINI

Ad Scientiam Naturalem

Promovendam Inſtitutæ,

Hoc qualecunque

BIBLIOGRAPHIÆ ANATOMICÆ

SPECIMEN,

D. D. D.



LEC-

# LECTORI S.

NON alienum fore exiſtimo inſtituti mei rationem, & quid in hoc opere præſtiti, paucis exponere. Infinitam penè Auctorum copiam qui Rem Anatomicam excoluêre, diligentiâ, quâ potui maximâ, eo conſilio perlegi, ut quos cultores habuerit, quibus gradibus proceſſerit, quantumque in hac arte elaboratum ſit, inveſtigarem. Quicquid igitur præclariùs invenêre erudita hominum ingenia, aut quicquid ab aliis compilârunt viri famæ cupidiores, juxtà annotavimus, ut utriſque laudis ſuæ præmia rectè decernerentur: Ut enim incrementa artis legenti faciliùs apparerent, & lites auctorum ſuper inventis diſſentientium meliùs componerem, incorrupto quantum potui judicio, ſingulorum merita examinavi. Hæc inventa nulla cum negotio recognoſcet Lector, quum librum, capita, paginamque, quibus tractantur ſigillatim indicaverim.

Quin & aliquam ferent jucunditatem Hiſtoriæ, Vitæ & Elogia Anatomicorum, quæ omnia hîc intexere, viſum eſt, ab ipſis auctoribus, aut ab eorum editoribus, vel illos commentariis

riis

*riis illuſtrantibus*, *ut plurimùm excerpta*, *qui* Nomina, Agnomina, Patriam, *quando* nati *&* *quo* ætatis *anno occubuêre*, *quos* præceptores *nacti ſunt*, ubi *floruerunt &* *quibus* ſtudiis *inclaruêre ſcriptis mandârunt.*

*Quod ad* libros *attinet*, *quorum mihi copiam abunde ſuppeditavit amicorum favor* (*& eandem in poſterùm ab aliis rogo benevolentiam*, *ſi quos in ſcriniis ſuis habeant*, *qui hîc deſiderantur*) *omnes undique eorum* Editiones, *quâ* linguâ *prodiêre*, *quâque* formâ *extant*, *unà cum* loco *&* tempore *quibus typis impreſſæ fuerant*, *qui planè* novi *ſunt* libri *quique duntaxat* recuſi *ſine tædioſa inquiſitione*, *quaſi in tabula perſpiciet Lector.*

Icones *quæ in operibus ſparſim conſpiciuntur minimè prætereundas eſſe exiſtimavi*, *an* nativæ *an* mutuatitiæ, *an* ligno, *vel* ære *inciſæ fuerunt*, *indicavi.*

*Tres* Indices *apponendos curavi*, *quorum uſus & neceſſitas ſi tituli tantum conſulerentur neminem latebunt.*

*In tanta ſcriptorum varietate varium eſſe & ſui diſſimilem* ſtylum *nemo mirabitur*; *non enim mihi liberum eſſe ducebam*, *eorum verba reſpuere*, *nec ab illorum dicendi genere abhorrere quorum ſequerer auctoritatem.*

Anglorum *induſtriam*, *qui huic operi manus admovêre*, *lubentius prædicâſſem*, *ſed eorum meritis & exiſtimationi melius conſulere videbor*, *cùm hanc provinciam amiciſſimo viro* Gulielmo Beckett *tractandam reliquero*, *quem in ſcriptis eorum undique conquirendis indefeſſam diligentiam*, *in laudibus recolendis par ingenium*, *ſcio adhibiturum.*

*Denique cùm quidam* libri, editioneſque *ad manus meas tardiùs pervenerunt*, *ignoſcet credo*, *Lector candidior*, *ſi* omiſſa *ſeorſim à reliquis cogar apponere*, *& quicquid aliàs erratum eſt in opere tam laborioſo & multiplici*, *eandem ſpero veniam meriturum.*

Dabam *Londini*, ex Ædibus meis in *Bow-Lane*, *Cheapſide*, *Novemb.* 17. 1714

Ca-

# *Catalogus Auctorum tam Biographorum quam Bibliographorum, qui* Hiſtoriæ Anatomicæ *componendæ inſerviunt, cognomina alphabetice indicans.*

## A.

M*ELchior* ADAMUS. Vitæ medicorum Germanorum uſque ad annn. 1620. *Heidelbergæ*, 1620, 8*vo*.

*Leon.* ALLATIUS. Apes urbanæ, ſeu de viris illuſtribus qui ab ann. 1630, ad 1632, Romæ adfuerint. *Romæ*, 1633. 8*vo*.

*Theod. Janſen ab* ALMELOVEEN. Inventa novantiqua *Amſtelod.* 1684 8*vo*. De ortu & progreſſu artis medicæ. *Amſtelod.* 1684.

*Valier* ANDREAS. Imagines doctorum virorum è variis gentibus. *Antverpiæ*, 1611.

*Nicholas* ANTONIUS. Bibliotheca Hiſpanica. *Romæ*, 1672. *Fol.* 2 *Vol.*

## B.

*Johannes* BALEUS, ſ. BAYLE. Scriptorum illuſtrium Magnæ Britanniæ Catalogus. *Baſiliæ*, 1559. *Fol.*

*Albertus* BARTHOLINUS. De ſcriptis Danorum. *Hafniæ*, 1666. 8*vo*.

*Thomas* BARTHOLINUS. Ciſta medica. *Hafniæ*, 1662. 8*vo*. Acta Hafnienſia. *Hafniæ*, 1671, 5 *Vol.* 4*to*.

*Gui-*



*Gulielmus* BATTESIUS. Vitæ ſelectorum aliquot virorum. *Londini*, 1681. 4*to*.

*Johan. Chriſt.* BECMANNUS. Memoranda, *Francof. ad Oderam*, 1676. 4*to*.

*Joh. Petrus* BELLORIUS. Veterum illuſtrium philoſophorum, poetarum, rhetorum & oratorum imagines ex vetuſtis nuniſmatis, gemmis, hermis, marmoribus aliisque antiquis monumentis deſumptæ. *Romæ*, 1685. *Fol.*

*Johannes* BERNIER. l'Hiſtoire de la medecine & des medecins. A *Amſtelodam.* 1689.

*Cornelius à* BEUGHEM. Bibliographia medica & phyſica, ab an. 1651. *Amſtelod.* 1681. 4*to*. Incunabula artis typographiæ. *Amſtelod.* 1688. 12*mo*. Apparatus ad hiſtoriam literariam noviſſima variis conſpectibus exhibendus, quorum nunc quartus prodit. *Amſtelod.* 1701. 12*mo*.

*Andreas* BEYRUS. Nomenclator profeſſorum Jenenſium. *Jenæ*. 1652, 12*mo*.

*Stephanus* BLANCARDUS. Notitia collectaneorum medico phyſicorum. *Amſtelod*, 1680.

*Nicolas de* BLEGNY. Zodiacus medico Gallicus. *Pariſiis*. 1679.

*Johan. Jacob.* BOISSARDUS. Bibliotheca chalcographica illuſtrium virtute atque eruditione, in tota Europa, clariſſimorum virorum, collectore Joh. Jac. Boiſſ. ſculptore Joh. Theod. de Bry calchographo. *Francof.* 1650. Icones & vitæ 200. virorum illuſtrium. *Francof.* 1597, 1599. 4 *Vol.* 4*to*.

*Johannes Lon* BOSCHIUS. Oratio de optimo medico & medicinæ auctoribus. Extat Tom. 1. Orat. *Ingolſtad.*

*Otto* BRUNSFELSIUS. Onomaſticon medicinæ. *Argentinæ*, 1534. *Fol.* Catalogus medicorum illuſtrium. *Ibidem*, 1536. 4*to*.

*Iſaac*

*Iſaac* BULLART. Academie des ſciences & des arts contenant les vies & les eloges hiſtoriques des hommes illuſtres. *A Paris*, 1682. *Fol.* 2. *Vol.*

C.

*Donatus* CALVUS. Scena literaria ſcriptorum. *Bergamot.*

*Symphorian* CAMPEGIUS. De origine & progreſſu medicinæ. *Neapoli*, 1689.

*Petrus* CASTELLANUS. Vitæ medicorum illuſtrium. *Antverpiæ*, 1617 8*vo*.

*Andreas* CHIOCCIUS. De medicis Collegii Veronenſis. *Veronæ*, 1623. 4*to*.

*Daniel le* CLERC. L'hiſtoire de la Medecine. La premiere partie. *A Geneve*, 1696. La troiſieme partie. *A Amſterdam*, 1702. 4*to*.

*Andreas* CLOUCQUIUS. Illuſtris Academia Lugd. Batav. i. e. Virorum clariſſimorum icones, elogia ac vitæ qui eam ſcriptis ſuis illuſtrârunt. *Lugd. Batav.* 1612. 4*to*.

*Jeremias* COLLIERE. The Hiſtorical Dictionary, *&c. London*, 1702. 3 *Vol. Fol.*

*Vul.* COLUMBIERE. L'hiſtoire des hommes illuſtres Francois. *A Paris*, 1667. 8*vo*.

*Hermannus* CONRINGIUS. In artem medicam introductio. *Helmſtadii*, 1654, 4*to*. Additamentis neceſſariis aucta, ſtudio *Guntheri Chriſtoph.* Schelhameri *Spiræ*, 1688. 4*to*.

*Robertus* CONSTANTINUS. Nomenclator inſignium Scriptorum. *Pariſiis*, 1555. 8*vo*.

*Laurentius* CRASSUS. Elogii d'huomini letterati. *Venet.* 1666. 2 *Vol.*

*Caſp.* CUNRADUS. Medicorum proſopographia. D. *Mi-*



D.

*Michael* DORINGIUS. De medicina & medicis. *Gieſſæ Haſſorum*, 1611. 8*vo*.

*Jacobus* DRAKE. Le *Clerk's* Hiſtory of Phyſick. *London*, 1699. 8*vo*.

F.

*Johannes* FABER.

*Joachimus* FETTERUS. Cygnum quaſi modo genitum. *Lipſiæ*, 1686. 4*to*.

*Paulus* FREHERUS. Theatrum virorum eruditione clarorum. *Noribergi*, 1688. *Fol.*

*Johannes Jacob*, FRISIUS. Epitome bibliothecæ Geſneri per Simlerum aucta & locupletata. *Tiguri*, 1583. *Fol.*

*Antoine* FURRETIERE. Dictionaire univerſel. *A la Haye*, 1690. 3 *Vol. Fol.*

G.

*Paſchalis* GALLUS. Bibliotheca medica. *Baſil.* 1590. 8*vo*.

*Conradus* GESNERUS. Bibliotheca univerſalis. *Tiguri*, 1545. *Fol.* Catalogus authorum qui Galeni libros illuſtrarunt. Vide Edit. Galeni operum à *Froben.* 1562.

*Hieronymus* GHILINUS. Theatrum literatorum Italiæ.

*Andreas Ottom.* GOELICKE. Hiſtoria Anatomiæ nova eque ac antiqua. *Halæ Magdeburg*, 1713. 8*vo*. Hiſtoria chirurgiæ antiqua & recentior. *Ibid. an. eodem.*

** *Ca-*

*Carolus* GOODALL. The Royal College of Phyſicians founded by Law. *London*, 1684. 4*to.*

H.

*Johannes* HALLERVORDIUS. Bibliotheca curioſa. *Regio-Montani & Francofurti*, 1676. 4*to.*
—— HOFFMANNUS. Lexicon univerſale. *Francof.* 1677. 3 *Vol. Fol.*

*Johannes* HANDORFFIUS. Encomium Erfortianum. *Erforti*, 1651. 4*to.*

I.

*Joſ.* IMBONICUS. Chronicon Tragicum, ſive de eventibus principum, virorum illuſtrium &c. *Romæ*, 1699, 4*to.*

*Johannes* IMPERIALIS. Muſæum hiſtoricum & phyſicum. *Venet.* 1640. 4*to.*

*Paulus* JOVIUS. Elogia virorum literis illuſtrium. *Baſil.* 1597. *fol.* Vitæ virorum illuſtrium. *Baſil.* 1578. *fol.* Delle iſtorie del ſoi tempe & ſupplem. G. Ruſcell. *Venet.* 1608. 2 *Vol.* 4*to.*

*Wolfgangus* JUSTUS. Chronologia illuſtrium medicorum. *Francof.* 1556. 8*vo.*

K.

*Reinh.* KONIGIUS. Oratio de academiis Europæis. *Rindelii*, 1642. 4*to.*

*Wolfgang.* KRUCERS. Hiſtoriſche beſchreibung hoher und vornehmer perſonen. *Erfurti*, 1627. 4*to.*





L.

*Philip.* LABBÉ. Bibliotheca bibliothecarum. *Rothomagi*, 1672. 8*vo.* Theſaurus Epitaphiorum. *Pariſiis*, 1666. 8*vo.* Elogium Chronologicum clariſſ. Galeni, *Pariſ.* 1660.

*Chriſtian. Johan.* LANGIUS. Hiſtoria medica. Extat cum cæteris ejus operibus. *Lipſiæ*, 1704. *fol.*

*Joſ.* LANZON. De Medicis.

*Johan.* LANNOIUS. Academia Pariſienſis illuſtrata. *Pariſ.* 1682. 2 *Vol.*

*Johannes* LEO. De vitis celebrium quorundam inter Arabes Medicorum, Mahumedanorum & Chriſtianorum opus.

*Andreas* LAURENTIUS. Hiſtoria Anatomica. *Pariſiis*, 1600. *fol.* Vid. *Cap.* primum.

*Chriſtianus* LIBERIUS. Bibliophilia, ſeu de ſcribendis, legendis, & æſtimandis libris, diſſertatio Parænetica.

*Joh. Antonid. Vander* LINDEN. De Scriptis Medicis *Lugd. Batav.* 1637. 8*vo.*

*Martin.* LIPPENIUS. Bibliotheca realis medica *Francof.* 1679. *fol.*

*Bartholinus* LOHNEISIUS. Series Rectorum Erfurtenſium. *Erfurti*, 1614. 4*to.*

M.

*Johannes* MADERI. Centuria Scriptorum inſignium.

*Johan. Daniel* MAJOR. Summaria medicinæ biblicæ. *Kiliæ*, 1672.

*Bern. à* MALLINKROT. De ortu & progreſſu ar-

artis Typographicæ *Colon. Agrippen.* 1648. 4*to.*

*Proſper* MANDOSIUS. Bibliotheca Romana. *Romæ*, 1682. 4*to.*

*Johannes* MATTHÆUS. De inventis & inventoribus. *Pariſ.* 1520.

*Henricus* MEIBOMIUS. De medicorum hiſtoria ſcribenda epiſtola. *Helmſtadii*, 1669. 4*to.*

*Jacobus* MENTELIUS. De vera typographiæ Origine. *Pariſ.* 1650. 4*to.*

*Georg. Abraham* MERCLINUS. Lindenius renovatus *Norībergæ*, 1686. 4*to.*

*Johannes* MEURSIUS. Athenæ Batavæ. *Amſtelodami*, 1625. 4*to.* Icones, Elogia, ac vitæ profeſſorum Lugdunenſium apud Batavos. *Lugd. Batav.* 1617. 4*to.*

*Johan.* MOELLERUS. Cimbriæ literatorum promus. *Sleſwich.* 1687. 4*to.*

*Barthol.* MOESESRUS. Quadriga medicorum triumphans. *Coloniæ*, 1645, 4*to.*

*Ovid.* MONTALBANUS. Elogia medicorum Bononienſium.

*Renatus* MOREAU. De ſanguinis miſſione in pleuritide. *Pariſ.* 1612. 8*vo.*

*Ludovicus* MORERY. Le grand Dictionaire hiſtorique. *à Lyon*, 1681, *fol.* 2 *Vol.*

*Johannes* MUNNICKS. Præfatio in librum de re anatomica. *Trajecti ad Rhenum*, 1697. 8*vo.*

## N.

*Johannes* NEANDER. Natalitia Medicinæ, *Bremæ*, 1623. 4*to.*

O. *Hen-*



## O.

*Henricus* OLDENBURGIUS. Acta Philoſophica ſocietatis regiæ in Anglia. *Londini*, 1665.

——— ONOMEISIUS. Gloria Academiæ Altorfinæ. *Altorf.* 1683. 4*to.*

## P.

*Carolus* PATINUS. Lycæum Patavinum, ſive Icones & Vitæ profeſſorum. *Patavii*, 1682.

*Onuphorus* PAUVINUS. Urbis Veronæ viri docti. *Veronæ*, 1626. 4*to.*

——— PERRAULT. Parallele des anciens & des modernes. *à Paris*, 1693. 2 *Vol.*

*Caſparus* PEUCERUS. Medicorum vitæ.

*Joſ.* PISTORIUS. Collectio Scriptorum Hiſpanicorum. *Francof.* 1606. *fol.*

*Johannes* PITSEUS. De illuſtribus Angliæ Scriptoribus.. *Pariſiis*, 1649. 4*to.*

*Antonius* POSSEVINUS. Bibliotheca ſelecta. *Venet.* 1603. 4*to.*

## Q.

*Johan. Andreas* QUENSTED. Dialogus de patriis virorum doctorum. *Wittebergæ*, 1654. 4*to.*

## R.

*Mart.* RAUGON. Colberga Togata. *Colleberg.* 1668. 4*to.*

*Petrus Johan.* RESENIUS. Inſcriptiones Haf-

 nien-

nienſes. *Hafniæ*, 1661. 4*to*.

*Jacobus* REVIUS. Davendria illuſtrata. *Lugd. Batav.* 1661. 4*to*.

*Antonius* RICCABONIUS. Gymnaſium Patavinum. *Patavii*, 1598. 4*to*.

*Johan.* RIOLANUS. Introductio in Anthropographiam. *Pariſ.* 1640. *fol.*

*Johannes* ROLOTIUS. De profeſſoribus Academicis *Holmiæ*, 1598. 4*to*.

——— *de la* ROQUE. Journal des Scavans. *A Paris* 1674.

*Guilielm.* ROVILLUS. Promptuarium Iconum inſigniorum virorum.

S.

*Dom. de* SALLO. Journal des Scavans. *A Paris*, 1665.

*Johannes* SAMBUCUS. Icones veterum aliquot ac recentiorum medicorum philoſophorumque elogiis ſuis editæ. *Antverpiæ*, 1574. *fol.*

*Scævola* SAMMARTHANUS. Elogia Gallorum.

*Johannes* SCHOFERUS. Swecia illuſtrata. *Holmiæ*, 1680. 8*vo*.

*Johan. Georgius* SCHENKIUS. Biblia Iatrica, ſeu Bibliotheca medica. *Francoſ.* 1609. 8*vo*. Iconographia medica Schenkiana.

*Johan.* SCHENKIUS. Pandectæ & partitiones medicinales.

*Melchior* SEBISIUS. Appendix Chronologica. *Argentorati*, 1641. 4*to*.

*Andreas* SENNERTUS. Athenæ & Inſcriptiones Wittebergenſes. *Witteberg.* 1678. 4*to*.

*Joſias* SIMLERUS. Epitome Bibliothecæ Geſneri. *Tiguri*, 1555. *fol.*

*Tho-*



*Thomas* SMITH. Vitæ quorundam eruditiſſimorum virorum. *Londini*, 1681, 1707.

*Iſrael* SPACHIUS. Nomenclator Scriptorum Medicorum. *Francof.* 1591, 8*vo*.

*Thomas* STANLEY. The hiſtory and Lives of Philoſophers. *London*, 1655, *fol.*

*Simon* STAROVOLSCIUS. Elogia illuſtrium Poloniæ Scriptorum.

*Salomon* STEPNERUS. Inſcriptiones Lipſienſes. *Lipſiæ*, 1675. 4*to*.

*Carolus* STEPHANUS. Dictionarium hiſtoricum, &c. Auctum per N. Lioydium, *Londini*, 1686. *fol.*

*Gerhard à* STOECKEN. Thuanus Enucleatus.

STRABO.

STROLOBERGIUS. De Medicis Montiſpeſſulanis, *Noriberg.* 1625, 12*mo*.

SUIDÆ Lexicon. Cantab. 1705. 3 *vol. fol.*

*Gottofr.* SWEVUS. Academia Wittebergenſis. *Wittebergæ*, 1655, 4*to*.

*Franciſc.* SUERTIUS. Athenæ Belgicæ. *Antverpiæ*, 1628. *fol.*

T.

*Johan* TACKIUS. Academia Gieſſena reſtaurata Gieſſæ, 1652. 4*to*.

*Anton.* TEISSERIUS. Catalogos Auctorum, qui librorum Catalogos, Indices, &c. Scriptis conſignarunt Genevæ, 1686. 4*to*.

——— ——— TENTZELIUS. Colloquia menſtrua Germanice, an. 1677.

*Jacob Philip.* THOMASINUS. Elogia virorum Doctorum. *Patav.* 1630, 4*to*. Gymnaſium Patavinum cum figuris. *Utinæ*, 1654.

*Ja-*

*Jacobus Auguſtus* THUANUS. Opus hiſtoricum rerum in regno Galliæ & totà penè Europâ geſtarum, ab anno 1543. ad an. 1607. *Genevæ*, 1626. *fol.* 5 *Vol.* Doctorum Virorum Elogia Thuana. *Lond.* 1671. Catalogus Bibliothecæ Thuanæ. *Paris.* 1679. 8*vo.*

## V.

*Johan. Juſtus* VALENTINUS. Parnaſſus Haſſiacus. *Gieſſæ*, 1685. 4*to.*

*Michel Bern.* VALENTINUS. Hiſtoria literariæ Medicæ.

*Erasmus* VINDINGUS. Academia Hafnienſis repræſentata. *Hafniæ*, 1665. 4*to.*

*Valent. Henr.* VOGLERUS. Introductio in notitiam Scriptorum. *Helmſtad.* 1691. 4*to.*

*Gerardus* VOSSIUS. De Philoſophorum Sectis. *Hagæ*, 1657. 4*to.*

## U.

*Fulvius* URSINUS. Imagines & Elogia virorum illuſtrium & eruditorum ex antiquis lapidibus & numismatis expreſſa, cum annotationibus. *Romæ*, 1570. *fol.*

## W.

*Henning.* WITTE. Diarium Biographicum. *Rigæ*, 1688. *Gedani*, 1696. 4*to.* 2 *Tom.*

—— WOOD. Athenæ Oxonienſes. *Lond.* 1691. *fol.* 2 *Vol.* Anglicè.



# Bibliographiæ Anatomicæ SPECIMEN.

## HIPPOCRATES SECUNDUS.

Cognomento magnus, origine Cous, natus primo anno 80 Olymp. *i. e.* anno mundi 3486. ante Chriſti partum 459, vel 462. in inſula Coo, vel Cos, imprimis clarâ ac validâ, Æſculapio dicatâ, quæ in Archipelago ſive mari Ægæo ſita eſt; nunc autem Lango dicta.]

Heraclidæ & Praxitheæ, filiæ Phænaretes filius; ad Herculem autem & Æſculapium originem generis ſui referebat: ab altero enim continuatâ ſerie, vigeſimum, & ab altero decimum octavum ſe numerabat. Ita ut ex utroque ſemine à Diis ortum habuerit divinus Hippocrates.

Diſcipulus fuit parentis ſui Heraclidæ, & avi Hippocratis Primi; à quibus in re medica initiatus fuit: Et ut quidam tradunt, audivit Georgium Leontinum Rhetorem, & Democritum Philoſophum Abderiten.

Floruit tempore belli Peloponneſiaci, regnantibus Artaxerxe Longimano Perſarum Rege, & Perdicca Rege Macedonum. Ab illo magnis muneribus & precibus, ut ad ipſum veniret, invitatus eſt; & huic admodum fuit charus ab eo utpote morbo gravi liberato.

Vir fuit & arte & facundiâ inſignis, medicus ex iis quorum operibus potimur vetuſtiſſimus, & omnium aliorum princeps, medicinæ parens, Sectæ rationalis auctor. Primus enim medendi præcepta clariſſimè condidit.

Licet Macrobio, Hippocratem noſtrum tam falli, quam fallere neſcium; ut & neque Cl. Heurnio, nullius rei huc uſque ingenioſè detectæ ignarum, apertè pronuncianti, aſſentiri non poſſum; illum tamen ubique & ſemper eſſe laudandum, & pro meritis colendum ultro fateor.

 teor.

teor. Quam fuerit acris ingenii, ſtupendæ eruditionis, ac judicii ſubacti, vel inde conſpicere licet, quod ex parvis & vulgaribus initiis in magnam artem medicinam provexerit omneſque antecesſores ſuos longè ſuperârit, in hunc uſque diem à nullo hactenus ſuperatus.

In genuinis enim ejus ſcriptis quæ temporum injurias huc usque evaſerunt, elucet verborum preſſa proprietas, ſententiarum conciſa ſubtilitas, ſermonis veneranda antiquitas, artificii commendabilis dignitas, nil ſuperfluum otioſumve occurrit; ſed argutâ brevitate rotunda omnia, & ſignificantia: ita ut ubertas & amplitudo rerum verborum numerum longè vincat. Hæc genuina & propria ſunt noſtro Hippocrati, cujus tanta fuit benignitas, ut nihil ſciverit quod nos neſcire voluerit.

Præ aliis quibuſcunque peritiſſimus fuit in prognoſi ſtabiliendâ & præſagiendâ vitâ & morte, quod ſatis indicant aurei & prorſus admirandi prognoſticorum & coacarum prænotionum libri. Quam diligens etiam fuerit & curioſus obſervator omnium, quæ circa ægrotantes ſunt, rerum, libri Epidemiorum fusè oſtendunt.

Liber *Aphoriſmorum* tanto ingenio conſcriptus creditur, ut exiſtimarunt veteres eum omnem vim ingenii humani ſuperare.

Verùm hiſce ad Anatomen quam ſolummodò perſequi propoſitum eſt, non ſpectantibus diutiùs non immorabimur.

Quod eximius ille vir Anatomen, ut verum medicinæ fundamentum diligenter excoluit, ſatis ſuperque teſtantur divina ejus monumenta, quibus hodie ſummo cum fructu, & animi voluptate fruimur: Sciebat enim vir ſapiens ruinoſum eſſe illud ædificium quod caducis fundamentis ſuperſtruitur.

Ante illius tempora non erat explorata Anatomica cognitio, nulla extabant ea de re veterum ſcripta. Primus enim ille divino afflatus numine, & ſua fretus μεγαλοψυχία plurima quæ ad Artem Anatomicam ſpectant, publicis conſignavit monumentis, quæ licet huc & illuc ſparſa reperiuntur; ex iis tamen ſimul ſumptis integrum Anatomiæ corpus condi & erigi poterit. Nam in omnibus ejus operibus intelligitur plus ſemper quam ſcribitur: ſed præcæteris corporis humani partibus eum oſſibus cognoſcendis & explicandis multum inſudaſſe manifeſtè probant libri illi aurei de Fracturis & Articulis arte mirabili elaborati quos nunquam edere nequidem imaginari potuiſſet, ſine perfecta oſſium cognitione; atque ut extaret aliquod monumentum æternum & immutabile ſuæ diligentiæ laboriſque in hoc ſtudio exantlati ſceletum ære fabrefactum Apollini Delphico conſecravit, ut autor eſt Pauſanias.





Multa de ſanguine ſparſim tradit magnus Hippocrates quæ cùm motum ſanguinis circularem, ut & humorum ſecretiones ipſi ſatis innotuiſſe commonſtrare videantur, ex iis nonnulla quæ luculentiora iſtius rei præbent indicia in medium hic afferre animus eſt.

Primò, *De Ven. Lib.* 1, *Tex.* 17. *Ed.* Lindenian.

Venæ per corpus diffuſæ ſpiritum & fluxum ῥεῦμα, ac motum exhibent, ab una multæ germinantes. *Hic verò notandum eſt, arterias venarum nomine apud Hippocratem venire.*

Secundò, *De Aliment. lib.* 1. *Text.* 7.

Radicatio venarum hepar, radicatio arteriarum cor, ex his aberrant in omnia ſanguis & ſpiritus, & calor, per hæc meat.

Tertiò *De Morb. lib.* 2. *T.* 6.

Et ſi valuerit, vel ſuperior evaſerit, ut ſanguis calefiat, ſive à ſeipſo, ſive ab his, quæ exhibentur, vel fermentatur & diffunditur ac movetur, & ſpiritum introducit, ſpumeſcit, & ſeparatur à bile & ſanus evadit.

*Text.* 8. Dum ſanguis autem non movetur, fieri non poteſt, ut non etiam corpus quieſcat, torpeat, *& paulò infrà.* ſi frigiditas ac congelatio augeſcant penitùs congelatur ac perfrigeratur, homo moritur.

Quartò, *De Diæt. lib.* 2, *Text.* 45.

Calfacto enim ſanguine & attracto, celerem cricuitum (περίοδον) faciunt ea quæ in corpore ſunt, & tum reliquum corpus præ ſpiritu purgatur, tum quod compactum eſt, calfaciens attenuatur, & ſimul ex carne foras ſub cutim extruditur, atque hoc ſudor calidus vocatur; hoc autem excreto & ſanguis in naturalem ſtatum reſtituitur, & febris remittit.

Quintò, *De Inſomniis*, *Text.* 12.

Hæc omnia ſic viſa ſanita-

tem homini deſignant, & corpus rectè habere omneſque circuitus & exhibitiones ciborum ac ſecretiones (ἀποκρίσιες) integras eſſe.

*Text.* 13. Flumina autem non ſolito more fluentia ſanguinis circuitum (αἱματὸς περίοδον) ſignificant, & auctiora quidem fluentia exceſſum, imminuta verò defectum.

Sextò, *De Diæt. lib.* 1. *Text.* 32.

Nam & tardiori exiſtente circuitu ſenſus paulatim allabuntur, & qui acuti exiſtunt parum commiſcentur propter circuitus tarditatem.

Septimò, *De Flatibus*, *T.* 12.

Sanguis enim ipſe naturâ calidus exiſtens vi coactus, per anguſtam viam tranſire celerrimè non poteſt, quùm multa impedimenta ſunt obſtacula & oppilationes, unde etiam febres oriuntur, & cum febribus dolores, & aliæ quædam ægritudines. *Hæc, doctrinam recentiorum de febribus, obſtructionibus vaſorum capillarium prognatis, mirè redolent.*

Octavò; *De Morb. Sacr. Text.* 11.

Sed ſpiritus quieſcit, & cerebrum compingitur, & ſanguis (ἵστη) ſtat vel ſubſiſtit.

Multa alia ſuperſunt, quæ hiſce addi poterint (prolixè dſcripta à Joh. Ant. Vander Linden, tractatu, cui titulus, *Hippocrates de circuitu ſanguinis*) unde adumbrationem aliquam circulationis ſanguinis colligere licet.

Vir ille magnus ubi multos ſuſtulerat morbos, morbo tandem & ipſe ſublatus eſt Lariſſæ in Theſſalia, an. æt. 85, vel 90, vel ut quibuſdam placet, 104. Duos reliquit filios, Theſſalum & Draconem, qui etiam clariſſimi fuiſſe perhibentur.

Dignus certè eſt Hippocrates, omnium bonorum author, qui omnium medicorum manibus continuò teratur, cujus ſcriptis evolvendis non parvam medici impendant operam, quem etiam nocturnâ verſent manu verſentque diurnâ; lectio enim hic vel decies repetita placebit.

*Opera omnia Græcè.*
*Venet.* 1526. Fol.
*Baſil.* 1538, Fol.
*Latinè ex Marc. Fab. Calvi Verſione.*
*Romæ*, 1549, Fol.
*Baſil.* 1546, 1553, 1558, Fol. 1554, *8vo*, 2 Vol.
*Pariſ.* 1546.
*Lugd.* 1562. *8vo.*
*Ex interpretatione Anutii Fœſii*, *Francof.* 1596, 8vo.
*Græco-latinè.*
*Ab Hieron. Mercuriali. Venet* 1588. Fol.

Ab *Anutio Fœſio* qui Hipp. nova verſione decoravit, & plurimis notationibus variiſque lectionibus illuſtravit, & ex mente Erotiani in ſectiones octo diſtribuit.

*Francof.* 1595, 1621, 1624. 1645, Fol.
*Genevæ*, 1657, Fol.

Opera omnia Græcè & Latinè & ad omnes alias editiones accommodata, induſtriâ & diligentiâ Joh. Ant. Van der Linden. Med. Proff. in Academia Lugduni Batavorum.

*Lugd. Batav.* 1665. *8vo.* 2 Vol. Vol. 1, Pag. 788. Vol. 2. Pag. 1034.

Renatus Charterius Doct. Med. Pariſ. Opera Hippocratis & Galeni interpretatus eſt, univerſa emendavit, inſtauravit, notavit, auxit, & in 13 Tom. digeſſit, & conjunctim Græcè & Latinè primus edidit cum Indice locupletiſſima.

*Lutetiæ Pariſ.* 1639, Fol. Vol. 14.



Anatomica, ordine quo in editione Lindeniana occurrunt, compendioſè ac ſummatim deſcribam, quæ interim conſideratione digniora videntur, fuſiùs enarrabo; ut gloriam quam ſibi comparavit æternam, non pauca in Anatome primus detegendo ſibi non tribuant alii. Quod ad oſteologiam, cum Joh. Riolanus integrum oſteologiæ corpus ex monumentis Hippocraticis collegerit, atque erexerit, ad iſtud opus artificioſè exſtructum, lectorem remitto.

*De Principiis aut Carnibus*, p. 112.

*Text.* 5. De Medulla Spinali, quæ à crebro deſcendit.

6. De corde & ejus membrana. *Hic vena cava deſcribitur.*

8 Fœtus in utero ſugit.

9 De Pulmone.

Splen eſt mollis & fibroſus.

10. De Renibus.

13. Tenuiſſimum alimenti venæ trahunt ex inteſtinis, præcipuè ex Jejuno.

16. *Auris internæ ſtructuram Hippocrati cognitam fuiſſe patet*; inquit enim, aurium foramina ad os durum & ſiccum lapidi ſimile perveniunt, ubi cavitas eſt antroſa. Pellicula verò in aure juxta os durum tenuis eſt,

velut araneæ tela & omnium pelliculárum ſiccíſſima.

18. Agit de Viſu; ubi meminit pupillæ & tunicarum oculi, & humorum præcipuè cryſtallini quem glutinoſum eſſe dicit ad inſtar thuris tranſparentem.

19. De Voce.

*De Genitura*, p. 124.

*Text.* 1. Genitura ſ. ſemen ex toto corpore deciduum.

Mulieres ſemen emittunt.

9. De Membranis fœtum continentibus.

*De Natura pueri*, p. 133.

*Text.* 4. Genituram ſeu abortum ipſe vidit quem ovo teſtâ ademptâ aſſimilavit, & duabus tunicis ſeu pelliculis cingi aſſerit. *Cui hypotheſis oviſtarum, ut fundamento, inniti videtur.*

*Paulò infrà, mentionem facit aliarum pelliculárum fœtum involventium.*

*Text.* 5. Ex ſanguine materno coagulato caro fit (Placentam intelligit) ex cujus medio procedit umbilicus, i. e. *Funiculus umbilicalis*, per quem ſpiritus & alimentum fœtus capit.

*Multa & egregia de partu in hoc tractatu continentur.*

36. Primus inſpectionem ovorum gallinis ſubjectorum ad progreſſum naturæ cognoſcendum exemplo ſuo poſteris commendavit.

45. Duos in utero ſinus eſſe affirmat.

*De Septimeſtri partu*, p. 167.

*De Octimeſtri* p. 175.

*Text.* 1. Nullus Octimeſtris partus eſt vitalis.

*De Diæta, lib.* 1.

*Text.* 22, 23. De Generatione.

24. De Superfœtatione.

*De Natura Humana*, p, 263.

*Text.* 20. De Venis.

*De Structura Hominis*, p.294.

Ut mundus ex quatuor elementis, ita homo conſiſtit ex totidem, ſcil. ſanguine, pituita, bile & atra bile.

*De Reſectione*, p. 287.

*Text.* 1. Arteria, *viz. aſpera*, ex circulis componitur.

Pulmo quinque habet apices ſeu lobos.

2 Hepar habet duos apices quas portas appellant.

3. Lien humani pedis ſimilitudinem habet.





*De Corde*, p. 289.

Cor eſt figuræ pyramidalis.

In ejus tunica continetur humor.

2. Mentionem facit epiglottidis.

4. Cor eſt muſculus fortis duos habens ventriculos diſcretos, qui à dextris eſt, extremitatem cordis non attingit, ſed veluti extrinſecus aſſutus eſt.

5. Ambo denſi ac aſperi ſunt in interna ſui parte, & veluti ſubcorroſi, magis verò ſiniſter quàm dexter.

6. De Auriculis.

8. Cæterùm oſculis ſingulis tres pelliculæ ſubornatæ ſunt, rotundæ, in ſummo veluti ſemicirculis reſectus.

9. Siniſter ventriculus aperitur in vaſa pulmonis.

*De Oſſium natura*, p. 294.

*De Venis*, p. 299.

Mentionem facit inteſtinorum craſſorum, nec non meſocoli.

7. Deſcriptio venæ cavæ,

16. Meminit duorum nervorum qui nunc intercoſtalis & par vagum dicuntur.

*De Humoribus*, p. 315.

*De Locis in Homine*, p. 363.

9. Comunicant autem omnes venæ, & confluunt inter ſe mutuo & aliæ quidem ſibi ipſis per ſe committuntur ac coincidunt.

Nervi nullas habent cavitates.

14. Mucus in omnibus articulis à natura ineſt.

*De Glandulis*, p. 414.

3. De Glandulis quæ in articulis reperiuntur, de illis quæ ſunt ſub alis, in inguine, & juxta jugulares venas.

3. Inteſtina etiam habent glandulas.

5. De Tonſillis.

7. Cerebrum ipſum eſt ſimile glandulæ.

8. Meatus auris intortus eſt ac anguſtus.

11. Mamillæ ſunt glandulæ.

*De Dentitione*, p. 590.

*De Articulis*, 2 Vol. p. 756.

*Text.* 36. Mentionem facit partis auris cartilagineæ.

*De Morbo Sacro*, 2 Vol. p. 324

*Text.* 3. Cerebrum hominis duplex eſt.

*De Capitis Vulneribus*, p.687. | Ubi de capitis oſſibus obiter agit. [a]

## POLYBUS.

ILluſtris medicus, Hippocratis diſcipulus & ſucceſſor. Floruit an. mundi 3572, ante Chriſtum 390, vel ut aliis placet, 3474, & 489.

Opuſcula aliquot conſcripſit, in quorum uno *naturam ſeminis humani* deſcribit quod Albanus Torinus latinè edidit, *Baſiliæ*, 1544. *8vo.*

Alteram, *de Affectibus & de Natura hominis.*

## DEMOCRITUS.

ABderites Hippocrati coætaneus philoſophus celebris indefeſſus naturæ ſcrutator & peritus Anatomicus; nam diſſectionibus animalium aſſiduè vacabat, totus enim naturæ contemplationi deditus ab omni hominum conſortio in monumentis ac ſepulchris ſolitarius degebat, reique familiaris curam prorſus negligebat. Nullique latet Hippocratem ab Abderitanis, qui illum inſanire putabant, accerſitum, eum animalia ſecantem offendiſſe eorumque exta rimantem, ut genuinam bilis ſedem naturamque perſpectam haberet. Id autem monendum eſt, geminum fuiſſe Democritum, unum ſeniorem & Coum, qui præceptor fuit Hippocratis, ut eſt apud Celſum in proœmio; alterum Abderitanum qui ſanam medicinam profitebatur eodem tempore quo Hippocrates, ac proinde non potuit eſſe ejuſdem præceptor quamvis id aſſerat Soranus.

Ex omnibus ejus operibus ſupereſt ſolummodò Epiſtola quædam ad Hippocratem *de natura humana*, ubi myſteria artis anatomicæ paucis verbis aperiuntur. Vide 1 Vol. operum Hippocratis *Edit. Lindenianæ*, p. 281.

ALC-

a Epiſtolæ Hipocratis *Græcè* extant cum variorum epiſtolis Græcis, quas collegit & edidit Aldus. *Venetiis* 1499. & *Latinè* Francof. 109. *8vo.*



## ALCMÆON.

CRotoniata, philoſophus eminentiſſimus qui primus phyſica ſcripſit, atteſtante Clemente Alexandrino, humani corporis anatomen exercuit, & eam primus inveniſſe atque vulgâſſe affirmat Chalcidius in commentario ſuper Platonis Tymæum. Opiniones ejus anatomicas ſepiuſculè recitat Ariſtoteles nempe capras auribus ſpirare, &c.

Fœtum in utero nutriri per habitum corporis, *h. e. per juxta appoſitionem*, primus affirmavit.

## ARISTOTELES.

GEnere Macedo, urbe Stagyrites, Nichomachi filius, qui fuit Amyntæ patris Philippi Macedonum Regis medicus; Socratis, cum quo annos tres Athenis degit, & Platonis, per annos viginti auditor fuit, Peripateticæ ſectæ author, & Magni Alexandri præceptor; in Lycæo Athenienſi annos duodecim docuit.

Natus an. 1. Olymp. 99. i. e. ante partum ſalutiferum an. 370. ſecundum Mercurialem an. 60. tantum poſt Hippocratem floruit.

Magnis elogiis à pluribus ornatur Ariſtoteles, illum, naturæ miraculum, divinum, & incomparabilem, ac immenſæ ſubtilitatis virum ac humanæ ſapientiæ parentem vocat Plinius; eum, Plato veritatis philoſophum, & ſuæ academiæ mentem appellat: & quo neminem doctiorem, acutiorem, neminem in rebus inveniendis ac judicandis acriorem judicavit Tullius.

Quod rebus anatomicis ſedulam navabat operam luculenter patet ex ejus ſcriptis, exinde etiam abundè liquet eum non omnia ex aliorum ſententia (ejus etſi ſeculo rara & inuſitata fuit corporis humani diſſectio) ſed ex propria autopſia enuntiaſſe: licet interim fateri neceſſe ſit eum ex Hipocrate multa mutuatum fuiſſe quod

ex collata eorum lectione deprehenditur. Immerito tamen aſſerit Hieron. Mercurialis, eum omnia ad anatomen ſpectantia ex aliorum relationibus tradidiſſe. Multa abſurda & falſa profert dum venas omnes à corde ortum ducere ſcribit, dum nervorum ſcaturiginem in corde ſtatuit, dum tres in corde ſinus agnoſcit, dum cerebrum ſolius refrigerationis gratia conſtructum putat & ſimilia.

Alexandro mortuo Chalcidem migravit, ibique ex morbo deceſſit, cum 63 an. vixiſſet.

*Opera omnia Græcè & Latinè.*

*Aureliæ Allobrogum*, 1607, 8. Vol. 2.

*Ariſtotelis hiſtoria de animalibus. Julio Cæſ. Scaligero interprete cum ejuſdem commentariis.*

*Toloſæ*, 1619. *Fol. Pag.* 1248.

*Cap.* I. Partes in ſimilares ὁμοιομερῆ & Diſſimilares, ἀνομοιομερῆ dividit.

*Cap.* IX. Corpus dividit in caput, collum, thoracem, brachia duo & crura duo.

Per thoracem intelligit totam illam cavitatem quæ à collo ad pudenda uſque pertingit.

Pag. 73. Sententiam Alcmæonis convellit, *De capris aure ſpirantibus.*

Auris pars altera eſt innominata, altera verò lobus dicitur. Ipſa tota ex cartilagine & carne componitur. Regio intima cochleis, στρομβοῖς ſimilis eſt, extremo oſſe auriculam (τῷ ὠτὶ) imitans. Neque ad cerebrum ab eo meatus ullus (πορὸς,) ſed in cavum oris, εἰς τὸν τοῦ στόματος οὐρανόν.

74. Homo non movet auriculas.

79 Mentionem facit ſepti narium cartilaginei.

Eſt autem naſus bipartitus.

83 Guſtus inſtrumentum eſt lingua, in mucrone potiſſimum.

90 Gula eſt carnoſa.

91 In maribus lac aliquando gignitur.

92 Poſt thoracem in anteriori parte venter, γαστήρ: cujus radix eſt umbilicus.

Cui radici pars ſubjecta in latus utrumque, Ilia dicitur, λαγών. Quæ autem rectè ſubjungitur Sumen, ἦτρον, ſive abdomen, cujus poſtremum aqualiculus, ἐπίσιον, vel pubis.

93 Sed ſuper umbilicum hy-



hypochondrum eſt: Huic autem & Iliis commune, Cholàs.

94 Sumitatem penis, glandem, βαλάνον vocat, eamque pelle tegi dicit.

103 Brachii partes ſunt, ὦμος, ἀγκὼν, ὠλέκρανον, πῆχυς, χείρ.

105 Introrſum flectitur brachium.

Manus brachiique articulatio, carpus, ſ. brachiale dicitur.

106 Extima pars manus nervoſa eſt, & nomine caret.

107 Σκέλος, crus, ex mente autoris os femoris, oſſa tibiæ ac pedis complectitur; cujus pars biceps femur dicitur. Hic mentionem facit molæ, μύλης, & tibiæ κνήμης quæ gemino conſtat oſſe, ejus pars anterior ἀντικνήμιον: poſterior γαστροκνημία.

111 Commune femori & tibiæ γόνυ genu, & καμπὴ poples.

120 Bipartitum omnibus cerebrum eſt, ejuſque poſtremæ parti adjunctum, id quod cerebellum παρεγκεφαλὶς appellant, tum tactu, tum aſpectu diverſum.

121 Habet autem in medio cavum quoddam exiguum.

122. Membrana μῆνιγξ, venoſa amicitur cerebrum, cutis ſpecie.

127 Ductum & diviſionem arteriæ cartilaginoſæ accuratè ſatis deſcribit.

128 Si quod in hanc arteriam inciderit angit, donec eruperit.

132 Cor tres habet ſinus.

133 Mentionem primus aortæ fecit.

135 Πόρον ſ. meatum à parte ſuperiore cordis deſcribit *qui nihil aliud eſſe videtur quam arteria pulmonalis.*

137 Pulmo in ſe non continet ſanguinem, ſed in venis ſuis.

Medium diazomatis, ſ. diaphragmatis membranaceum eſt.

138 Sub præcordiis dextra in parte jecur, in ſiniſtra lien.

140 Magnæ venæ jecur annexum eſt; cùm arteria verò nulla ei conjunctio intercedit: transmeat enim ipſum vena à majore illa producta, quâ parte jecoris portæ appellantur.

142 Ren dexter ſiniſtro eſt altior.

143 E renum medio venæ ſingulæ cavæ ac nervoſæ *ureteres intelligit*, quæ in veſicam deſinunt.

145 Situm matricis ſuper inteſtinis, & ſub veſica optimè deſcribit.

In libro primo continetur enumeratio & brevis deſcriptio partium humani cor-

corporis, tam exteriorum quam interiorum.

Pag. 291. lib. 3.

Meatus venarum ſpecie ab aorta ad utriuſque teſtis caput tendunt. Tum alteri duo à renibus; hic etiam vaſa deferentia adumbrat, in quibus candidus invenitur humor.

294 Cervix uteri carnoſa atque cartilaginoſa eſt.

295 Cornuum uteri meminit.

305 De Venarum natura.

In hoc capite omnes venas & arrerias per corpus diffuſas deſcribit, venam magnam & arteriam à corde oriri vult.

319 De Nervis, quos omnes à corde ſtatuit oriri.

323 De Fibris.

324 De Oſſibus.

325 Cranion ſex oſſibus conſtat.

356 De Pilis & Cute.

359 De Carne.

362 De Adipe & Sevo.

367 De Sanguine.

373 In corde primum ſanguis gignitur.

379 De Medulla.

382 De Lacte & Genitura.

473 De Senſibus animalium.

800 De Menſibus mulierum.

Ubi ſemen mulieris nihil conferre vult ad procreationem liberorum, quod enim mittitur à mulieribus ex illius mente, eſt potiùs ſudor membri quàm ſemen.

807. De Conceptione.

833 De Fœtu, &c.

835 Creſcunt omnia animalia per umbilicum.

843 De Partu.

*Hiſtoria animalium, ſc. de eorum natura. lib. 9. de Partibus, lib. 4. de Generatione, lib. 4. & de eorundem Inceſſu liber. Interprete Theod. Gaza.*

*Venet* 1498. *Fol.*

## HEROPHILUS.

Chalcedonius claruit Olymp. 53. Inter principes medicinæ rationalis authores merito numeratur, & à Plinio ſubtiliſſimæ ſectæ conditor, appellatur. Vir fuit conſummatæ in Anatomicis ſcientiæ, frugalem vitam inter experimenta conſumens; Galenus etenim, etſi parvus aliorum laudator, ingenuè fatetur Artem Anatomicam ab



ab eo plurimum auctam & locupletatam fuiſſe, eumque tanti fecit, ut plerumque ejus ſententiam approbet; nec mirum cùm à regibus etiam facinoroſi è carcere ei mitterentur, quos vivos, referente Celſo, diſſecaret, & idcirco ſpiritu adhuc remanente, ea quæ natura, antè clauſiſſet conſiderandi occaſionem habuit: unde aſperè de illo Tertullianus libro *de Anima*, Herophilus ille Medicus aut Lanius, qui ſeptingentos homines exſecuit, ut naturam ſcrutaretur, qui homines odiit, ut eos noſceret.

Veſalius verò illum Galeno præponere non dubitavit, & Falloppius, rei anatomicæ peritiſſimus, ait, „contradicere Herophilo in „Anatomicis, eſt contradi„cere Evangelio.

Anatomen Alexandriæ profeſſus eſt, & propriâ manu quamplurima ſecuit cadavera humana.

Multa ſcripſit, ſed dolendum eſt omnibus vitio temporis magna ex parte intercidiſſe.

Primus omnium pulſuum exactam tractationem poſteris reliquit.

Inteſtinum, duodenum dictum primus δωδεδακτυλὸν appellavit, arterioſam venam & arteriam venoſam primùm ita inſignivit.

Veſicularium ſeminalium auctor perhibetur; cum autem Hippocrates ſemen inſtar ſavi ab utraque parte veſicæ conſervari ſcriptum reliquerit, iſtius inventi gloria eſt illi tribuenda.

Mentionem facit venarum quarundam quæ ab hepate originem trahunt in glanduloſa quædam corpora deſinentium. *Hinc elicere eſt ipſum duplex genus venarum meſentericarum conſtituiſſe: quaſdam ſcil. deducentes ad glandulas; alias verò referentes chylum ad hepar.*

*Credere ergo eſt ipſum Aſellium hiſce ut fundamento hypotheſim ſuam de venis lacteis ſuperſtruxiſſe.*

Paraſtatas unicam tantum eſſe glandulam vult, *à multis ceu duas glandulas propoſitas.*

Quod nervi optici foramine ſint pervii primus aſſeruit.

Concurſus trium ſuperiorum ſinuum duræ matris ex illo, omnibus dicitur Torcular.

## ARATUS

SOlenſis è Cilicia. Floruit Olymp. 124, regnante Antiocho in Macedonia, apud quem ad extremum uſque in honore vixit. Fuit inſignis Poëta & Aſtronomus.

Librum ſcripſiſſe fertur de Anatome ad Pauſaniam Macedonem; id autem falſum eſſe, ab inſigni φιλίαρχῳ & in antiquitatibus rei literariæ exercitatiſſimo certior factus ſum.

## LYCUS

MAcedo. Antiquiſſimus Anatomicus in Muſculorum diſſectione exiſtimabatur peritus, ejuſque libri, ut ſcribit Galenus, magno ſtudio circumferebantur, quamvis multis ſcateant erroribus, nomenque auctoris, cùm in vivis eſſet, apud Græcos obſcurum fuerit.

Magnum librum de Muſculorum diſſectione concinnavit.

Muſculos tantum 5, oculo tribuit.

## QUINTUS.

ANatomicus Græcus vetuſtiſſimus, cujus nomen caliginoſa nocte preſſum latuiſſet, niſi Galenus ejus mentionem frequenter feciſſet.

## ERASISTRATUS

JUliates, à patria Juliade Ceæ inſulæ urbe, nonnullis verò Chius ab inſula Coo, ubi natus fuit. Chriſippi & Theophraſti diſcipulus, auctore Plinio, qui illum



tum quoque Ariſtotelis familia oriundum vult. Floruit Olymp. 116. regnantibus Antiocho & Ptolomæo, quibus gratiſſimus fuit.

Anatomen collapſam & penè ſepultam inſtauravit, teſte Galeno (*qui tamen dogmata & opiniones ejuſdem ſæpiſſimè convellit,*) & Herophilum imitatus, nocentes homines, ut refert Celſus, vivos incidebat.

Struxit libros medicos novem, teſte Suidâ, & plurima ingenii ſui monumenta reliquit, quorum tamen pleraque, etſi non omnia, temporum nobis injuria ademit.

Cibos attritu & piſtura in ventriculo confici ac comminui, & hoc pacto concoctionem fieri primus cenſuit, ut refert Macrobius, Satur. 7. 15. & ab illo Celſus in præfatione.

Illi vaſa lactea arteriarum, aere, & poſteà lacte repletarum ſpecie in hædis primò apparuere, quod totidem de ſeipſo refert verbis, quæ extant apud Galenum libro *de Anatom. adminiſtrat.*

## MARINUS,

ANatomicus Græcus, libros viginti edidit *de Ignoratis in Anatome à Lyco*, quos Galenus in Epitomen contraxiſſe fertur; reſectis iis, quæ parùm Anatomica videbantur.

Accuratiùs quàm ab aliis factum fuerit, Muſculos deſcripſit.

## AURELIUS CORNELIUS CELSUS

NAtus Romæ, floruit temporibus Tiberii, Caligulæ, Claudii & Neronis, ab anno ſc. 29. ad 60.

Anatomicus, Chirurgus, & Medicus, qui cum medendi uſu conjunctam habuit ſolidam eruditionem, ut abunde teſtantur, ſcripta ejus quæ ſuperſunt; varia enim ſcripſit, quorum nonnulla temporis injuriâ perierunt: Latinus dicitur Hippocrates, quod opera ejus ferè tota in puriſſimam & elegantiſſimam Latinam linguam convertit; & ob ſtyli elegantiam, dictioniſque puritatem ac nitorem

nitorem medicorum; Cicero habetur.

Illum miris laudibus effert Fabric. ab Aquap. mirabilis (inquit) Celſus in omnibus quem nocturna verſare manu, verſare diurna conſulo.

Hujus virtutem coronæ Lemniſci loco Heurnii judicium, inter cætera, graviſſimum, attexendum putat Johan. Rhodion. Latinos inter medicos primus eſt Cornelius Celſus; ſed prudenter legendus: nam in multis Aſclepiadem methodicum ſectatur, ut fatetur ipſe; hujus cote ſtylum ſubigemus, & pluris Latinitatem ejus, quam medicinam faciemus *Hæc ille.*

Multa apud eum ſparſim habentur, unde colligere eſt illum ſectioni corporum manum rariùs admoviſſe, cognitionem tamen anatomes in magno apud eum fuiſſe pretio ipſius verba purè Latina ſatis ſuperque teſtantur. Neceſſarium, *inquit*, di-
,ſcentibus eſt incidere corpo-
,ra mortuorum, viſcera at-
,que inteſtina ſcrutari, eo-
,rumque poſituram, colo-
,rem, figuram, magnitudi-
,nem, ordinem, duritiem,
,mollitiem, proceſſus deinde
,ſingulorum & receſſus, ſive
,quod inſcribitur, ſive quod
,partem alterius in ſe recipit,
,conſiderare. Neque enim,
,cum dolor intus accidit,
,ſcire, quod doleat, eum,
,qui quâ parte quodve viſcus
,inteſtinumve ſit, non cogno-
,verit. Neque curari id,
,quod ægrum eſt, poſſe ab
,eo qui, quod ſit, ignoret.
,Eum quoque qui ſanæ cujuſ-
que colorem partis ignoret,
neſcire, quod integrum,
,quodve corruptum ſit. Ap-
,tius denique extrinſecus im-
,poni remedia compertis in-
,teriorum ſedibus, figuris,
,&c.

Vivorum autem diſſectionem ab aliquibus inſtitutam, ut ſupervacuum & crudele
,damnat *hiſce verbis*; id ve-
,rò, quod reſtat, etiam cru-
,dele; vivorum hominum
,alvum atque præcordia
,incidi; & ſalutis huma-
,næ præſidem artem non
,ſolum peſtem alicui, ſed
,hanc etiam atrociſſimam in-
,ferre: cùm præſertim ex his
,quæ tanta violentia quæran-
,tur alia non poſſunt omnino
,cognoſci, alia poſſint etiam
,ſine ſcelere. *Et paulo poſteà*;
,neque quicquam eſſe ſtultiùs
,quàm quale quid vivo homi-
,ne eſt, tale exiſtimare eſſe
,moriente imo jam mortuo.
,*Et alibi*, nam poſitum &
,ordinem noſcere debent quæ
,cadavera melius quam vivus
,& vulneratus homo repre-
,ſentat.





*De re medica libri octo.*
*Florentiæ*, 1478, *Fol.*
*Venetiis*, 1493, 1497, 1524. *Fol.*
*Pariſiis*, 1567, 1529. *Fol.* Minch. 129. 1567, *Fol.*
*Lugduni*, 1549, 16*mo.* 1608, 12*mo.*
*Patav.* 1563. 8*vo.*
*Lugd. Batav.* 1592, 4*to.*
*Genevæ*, 1625, 12*mo.*
*Lugd. Batav.* 1659, 12*mo.* 1665, 12*mo. ex recognitone Job. Ant. Van der Linden.*
*Lugd.* 1554, 12*mo.* 1566, 8*vo. cum Annotationibus Roberti Conſtantini.*
*Hagenoæ*, 1528.
*Amſtelod.* 1688, 8*vo.* 1713. 8*vo. p.* 574. *Utraque hæc editio cura & ſtudio Th. J. ab Almeloveen in lucem miſſa.*

Sequenti titulo exornatur, viz. *Aur. Corn. Celſi de medicina, lib. octo brevioribus Rob. Conſtantini, Iſ. Caſauboni aliorumque ſcholiis ac locis parallelis illuſtrati.*

Extant etiam cum Aëtii contractæ ex veteribus medicinæ tetrabibl. 2. Cum medicis antiquis. 3. In Tomo primo medicorum principum.

In capite 2. lib. 8, exponitur poſitus & figura oſſium totius humani corporis.

In cap. 1. lib. 4. de humani corporis interioribus ſedibus pertractatur.

---

## CAIUS PLINIUS SECUNDUS

NOvocamenſis, aliis Veronenſis, vixit temporibus Veſpaſiani Cæſaris circa annum 72. Polyhiſtor fuit ſummus, & inter Latinos primæ notæ ſcriptores, qui ob rerum quas mandavit literis varietatem ac obſcuritatem paucis familiarem, magni eſt ubique nominis. Obiit æt. 56. In montis Veſuvii incendio dum ejus cauſam indagare cupiit, ut teſtatur Caius Plinius Cæcilius in epiſtola ad Tacitum ſuum.

In opere ſuo diffuſo & erudito, nec minus quàm ipſa natura, vario, plurima ſparſim traduntur de Homine & cæteris Animantibus, quæ medicorum artem & ſupellectilem multum augent & locupletant: voluit enim Romanis ſuis exponere univerſa illa, quæ Græci ſcriptores ingentibus & pene infinitis libris de ipſo mundo & partibus ejus præcipuis,

imo minutiſſimis quoque, ſcitu & obſervatu digna prodiderunt, ſicut ipſe gloriatur ſe ex centum ſcriptoribus perlectis eorum bis mille voluminibus hæc in unum corpus computâſſe; hoc autem eſt verè quod Domitius Piſo dicebat Theſauros ſcribere non libros. Et tamen vir tantus effugere nequit aſpera medicorum judicia, ex quibus Cardanus eum ſolum pro Grammatico habebat, quo non tam Pliniano nomini detraxit quàm ſuo. Libris ita adfixus fuiſſe perhibetur, quoties ab officiis publicis & aulicis occupationibus vacuus fuit, ut eos ex manibus non deponeret, omne tempus periiſſe exiſtimans quod ſtudiis non impenditur.

*Hiſtoriæ mundi libri 37. noctibus & horis ſubſicivis conſcripti.*

*Parmæ*, 1470, 1476, *Fol.*
*Venet.* 1491, *Fol.*
*Pariſ.* 1532, 1543, *Fol.*
*Lugd.* 1561, *Fol.*
*Francof.* 1599. *ex editione Jac. Dalechampii Medici Cadomenſis, pag.* 904. *Acceſſerunt Sigiſmundi Gelenii caſtigationes cum indice locupletiſſima.* 1608, *in 8vo.*

*Aurel. Allobrog.* 1606, *Fol. pag.* 792. *cum variis lectionibus.*

a

*Caii Plinii Secundi naturalis hiſtoriæ libros 37. Interpretatione & Notis illuſtravit Joh. Harduinus Societ. Jeſ. juſſu Regis Chriſtianiſſimi Ludovici Magni, in uſum Sereniſſimi Delphini.*

*Pariſ.* 1685. *4to. Vol.* 5.

De Authore tale Judicium profert eximius Editor, Vir fuit hic noſter ſane magni laboris & ſtudii, quod ejus opera arguunt; ſed ſuſpectus ἀθεότητος cæcitate ingenti quod mirere, cum fuerit caſtis integerrimiſque moribus, dum

a Prima *Plinii* editio *Romæ*, 1470, fol. Secunda *Parmæ*, 1476. *Baſiliæ*, 1549. *Venetiis*, 1559. fol. min. p. 975. cum caſtigationibus *Sigiſm. Galenii*, an. 1535. primùm evulgatis. *Lugduni*, 1587, fol. cum *Jac. Dalechampii* annotationibus & variis lectionibus primùm prodiit. *Genevæ*, 1601, 12mo, 3 Vol. *Lugd. Bat.* 1635, 16mo, 3 Vol. Ibidem & Roterodami, 1669, 8*vo.* cum variorum commentariis & annotationibus accurante *Joan. Fred. Gronovio.* Italicè *Venet.* 1481, 1589. Anglicè *Londini*, 1635, fol. per *Phil. Holland.*



dum penitiùs naturæ ſcrutatur arcana, naturæ ipſius auctoris oblitus.

De mutatione Sexûs & geminis partibus, cap. 4. lib. 7.

De tempore partûs, cap. 5.

De conceptu, cap. 6.

De menſtruis mulierum, cap. 7.

Traditur differentia membrorum hominis à cæteris animantibus, lib. 2. cap. 43.

De unguibus, cap. 5.

Lib. 2. Tenuibus, multiſque membranis oculum componi ſtatuit, ſed præter corneam nullam nominat.

## SATYRUS

PRæceptor fuit Galeni in patria ſua, *i.e.* Pergami; eum fuiſſe in arte ſua clarum credere fas eſt, etſi ex ejus operibus, quæ temporis invidia nobis denegat, id non innoteſcat.

## PELOPS

ANatomicus Græcus. Ex eo tantum nomen illi magnum fuit, quod Galenum diſcipulum habuerit Smirnæ, ubi Anatomen publicè docuit.

Librum de diſſectione muſculorum publici juris fecit, à Galeno ſæpiſſimè citatum.

## RUFUS vel RUFFUS,

EPheſus vel Epheſius, Medicus Græcus inſignis, vixit ſub Nerva & Trajano Imperatoribus cum Critone, An. 112.

Hunc authorem Galeno eſſe antiquiorem ex eo eſt manifeſtum, quòd eum nominat aliquoties, atque etiam laudat, quippe neminem de atra bile, renum, veſicæque morbis, accuratiùs Ruffo ſcripſiſſe ait.

Plures in re medica libros compoſuit, & inventis quibuſdam Anatomen locuple-

 ta-

tavit. Tubam uteri à Falloppio ſic dictam, primus omnium ſub nomine paraſtatæ varicoſæ, quæ uteri Cavum ſubit eleganter deſcripſit.

A brutis Animantibus in Anatomicis diſcendis exordiendum eſſe, cenſet; Ut, enim inquit, Interiora appellanda ſint animal, quodpiam homini quam ſimillimum diſſecantes inſtruere conabimur: Nihil enim impediet, tametſi non omnia omnibus ſimilia ſint, quo minus ſummam ſaltem cujusque doceamus.

De Appellationibus partium externarum ex profeſſo agit, obiter quædam de internis intertexens. hujus Lectio licet multis erroribus fœdata Anatomica ſtudia adjuvare poteſt.

*Appellationes partium humani corporis, Libri tres, Paulo Craſſo Interprete.*

*Venet.* 1552. *4to.*
*Baſil.* 1581. *p.* 33. *4to.*

Liber primus bifariam extat, ſententia plurimum eadem, ſæpe etiam verbis; ſed quod mirum ait Voſſius, ſi quis priorem editionem recoquat & addat, demat, mutet quæ volet, nempe bis edidit eum librum.

*De partibus humani corporis.*

*Pariſ.* 1554. *p.* 60. 8vo. Ex Bibliotheca regia; acceſſit Sorani libellus de utero & pudendo muliebri. Extat etiam ad finem editionis Venetianæ prægrandis voluminis Veſalii, apud medicæ artis principes, ut & Medicos antiquos Græcos.
*

## CLAUDIUS GALENUS

NAtus Pergami civitate Aſiæ nobiliſſimâ, Anno circiter 133 vel 140, quo tempore Romæ Adrianus im-

* Ruffi Epheſii de veſicæ renumque morbis. De purgantibus medicamentis. De partibus corporis humani. Gr. & Lat. Nunc iterum typis mandavit *Gulielmus Clinch*. M. D. Qui & Diſſertationem de Auctore, ejuſque ſcriptis, una cum Commentariolo de uſu idoneo veſicantium in morbis curandis adjecit. *Londini*, 1726. *4to.*



imperabat. Patrem habuit Niconem civem Pergami opulentum, Geometram & Architectum inſignem, à quo, Ann. ætat. 15: Grammaticam, Logicam, & Arithmeticam didicit, & ad dialecticam contemplationem, ut ſoli deinceps philoſophiæ vacaret, ab illo perductus eſt; adeò autem naturâ promptus & excellenti ingenio, ut vel primis auſpiciis maximam de ſe expectationem exhiberet.

Ab eo tempore Mathematicis diſciplinis & omnis ſapientiæ organo inſtructus, Philoſophorum ſcholas ingreſſus eſt, & primò quidem Philopatoris Stoici diſcipulum quendam audivit, poſtea Caium qui diſciplinam Platonicam complexus fuerit, præceptorem habuit eodemque ferè tempore civem alium Pergamenum Aſpaſiæ peripatetici diſcipulum audivit, & poſt hunc, alium ab Athenis Epicureum.

Ann. ætat. 17. Medicinam aggreſſus eſt; & ætat. 19. Præceptori ſe tradidit qui ex Athenæi Sectatoribus fuit. Præceptores inde habuit plurimos, primò Satyrum Pergami, ſecundò Pelopem Smirnæ, fuit ille diſcipulus Quinti, qui neminem eâ ætate ſecundum habuit, cujus ſæpe meminit Galenus: Poſt hos Numeſiano Corinthi operam dedit. In Alexandria quoque Medicos oſſium doctrinâ clariſſimos conſuluit.

De cunctis ejus præceptoribus id obiter notandum, quod non ſolùm illorum diligentiam ac induſtriam ſuperavit, ut honeſtè gloriatur, *Lib. 2. de uſu partium* cùm ait ſe multa proferre veteribus Anatomicis intacta & ignorata, verùm etiam quod quamvis præceptorum amantiſſimus eſſet, eosque ut parentes ſummâ reverentia obſervaret. Nolluit tamen eorum cuipiam addictior eſſe, quam veritatis ipſius ſtudioſior.

Demùm autem Romam ſe contulit, ubi familiares habuit Medicos præſtantiſſimos, & Philoſophos. Poſtquam autem varias & longè diſſitas regiones peragrâſſet, ac plurimorum præſtantium virorum amicitam ſibi comparâſſet, in patriam rediit, ubi non diu cum amicis commorato, ei, ex Aquileiâ literæ ab Imperatore Marco Aurelio miſſæ redduntur eum patriâ evocantes.

Vixit ſub Marco Aurelio Antonino, Commodo, Lucio, & Severo Cæſaribus. Euſebius tradit eum ſub Cæſaribus Adriano, Antonino, Pio, Marco, & Commodo claruiſſe. Suidas ſub Mar-

co, Commodo, & Pertinace illum collocat.

Cl. Veſalius, ut ut Galeno parum amicus, libro *de radice Chinæ* ejus laudes hiſce celebrat verbis. „Alter ab Hippocrate antiquioris Medicinæ princeps, & diſſectionis Profeſſorum primarius ac coryphæus, rarum Naturæ miraculum, ſummus Naturæ admirator, nec non omnium bonorum autor. Veriſſimum enim eſt quod omnium Anatomicorum, quotquot unquam fuere, conatus longè ſuperavit, quippe totus à teneris huic arti deditus magnâ ingenii felicitate, contemplatione diligenti, aſſiduâ encheireſi & fideli autopſiâ, Anatomen ad hoc ferè faſtigium (paucis recentiorum inventis exceptis) quale nunc cernitur, perduxit.

Etenim nemo ante eum muſculorum diſſectionem inculpatè ſcripſit: Quosdam quoque muſculos detexit aliis ignoratos, nempe Platysma Moyoides, Muſculos interoſſeos & lumbricales, ut & Muſculum in capite exiguum, qui hodie Rectus minor anterior dicitur, aliosque quosdam, quorum quidam Neoterici ſe inventores jactitant.

Primus glottidem, præcipuum vocis inſtrumentum, ejusque ligamenta demonſtravit. Ante Galenum nullus nervorum diſſectionem accuratè tractaverat: Primusque nervum recurrentem obſervavit.

Mirabilem eam, quæ in Fœtu percipitur vaſorum cordis communionem, venæ ſcil. cavæ cum arteria venoſa, *i. e.* venæ pulmonali per anaſtomoſin ſeu foramen utrique commune (quod hodie ovale audit) cui præeſſe dicit membranam inſtar operculi, & arteriæ magnæ per canalem cum vena arterioſa, *i. e.* arteria pulmonali, primus omnium ita accuratè & eleganter deſcripſit, ut nihil in toto eo opere apertiùs, nihil clariùs fuerit enuntiatum, ſed in harum anaſtomoſeωn uſu explicando mentem ſuam non ſatis videtur aperuiſſe, Vid. *de uſu part.* Lib. 6. cap. 20, 21. Lib. 15. cap. 6.

Primus exortum nervorum opticorum, eorumque revolutiones, quas *pedes hippocampi* vocat Arantius, circa magnas illas eminentias quæ anteriorum ventriculorum cerebri latera claudunt & *thalamos* vocat, obſervavit.

Hiſce innumera alia adjungi poterint, partium uſum ac deſcriptionem ſpectantia, in æternas auctoris laudes ſol-



ſollicitè inventa, quæ tractatu peculiari, Deo dante, luci publicæ dabimus.

Galenus equidem obſervationes ſuas, queis Anatomen inſtauravit & amplificavit, benignè ac liberaliter poſteris communicavit. Quidam tamen tanti beneficii immemores eum inique traducunt & vitiligant, veramque hominis Anatomen ignorâſſe proclamant, ut illi reſtitutæ Anatomiæ gloriam præripiant.

Calumniæ idcirco quibus virum illum eximium afficiunt Neoterici, hic depellendæ ſunt.

Primò, *accuſatur Galenus quod brutorum, non hominis Anatomen deſcripſerit, neque enim humana corpora unquam ſecuiſſe dicunt.* Sed illum non ſimiarum modò, verùm etiam hominum cadavera ſæpe diſſecâſſe abundè probant ipſius autoris teſtimonia. Nam *Lib*, 13. *de uſu partis*, „propoſitum eſt „mihi inquit, ſolius hominis ſtructuram explicare:, *Lib.* 1. *de Anat. adminiſt.* „Inſpicere oportet quamque „particulam præſertim in hominibus., Et ut verbo dicam, ſtructuram multarum partium in homine aliis animantibus diſſimilem diſertis verbis aperit ac deſcribit, & membra brutorum ac hominum inter ſe comparat. Huc quoque ſpectat quod & præcipuum hac in re cenſeri debet, quod deſcriptiones plurium quas tradit partium ſoli homini conveniant, ac quid habet in ſui ſtructurâ peculiare copioſè exponit.

Secundò, *dicunt multa ignoraſſe Galenum, quæ hodie notiſſima ſunt.* Quaſi verò proprium hominis non ſit ignorare, numquid Veſalius multa ignoravit quæ poſthac à Falloppio animadverſa, & alii huic incognita obſervarunt.

Tertiò, *objiciunt Galenum ſibi ipſi non conſentire, ſed pugnantia ſæpe ſcripſiſſe.*

Calumniæ hujus depulſio facilis eſt cuivis perpendenti id veteribus in more poſitum fuiſſe, ut ſæpe ex aliorum ſententia multa proferant, ſic Hippocratem, Platonem & Ariſtotelem more vulgi ſæpe locutos fuiſſe teſtantur Interpretes; dum ergo ex aliorum mente locutus eſt Galenus, diſſentientia fortaſſe ſcripſit, at dum ex profeſſo de re Anatomica diſputat, ſibi ipſi perpetuò conſentit, & quod in alio loco diminutè vel minus perſpicuè exponit, dum ex propoſito agit, exquiſitiùs & emendatiùs deſcribit.

Verumtamen ultrò fateor multa à Galeno prætermiſſa eſſe, ipſumque à vero aliquando aberrâſſe induſtriâ & diligentiâ recentiorum tandem detecto, quis enim unquam præſertim in rebus obſcuris & latentibus tam fuit occulatus, tam ubique certus, qui non aliquando ceſpitaverit. Cùm quoque Anatomen ferè ſepultam invenerit, eamque ſcriptis ſuis tantoperè exornaverit, ut ſub eo rurſum nata videretur, (idem de univerſa medendi arte dicendum puto) certè Anatomiæ parens meritò habendus eſt, imò vel iis qui ſeculis ſubſequentibus inventis ſuis Anatomicis æternam famam ſibi conciliarunt, & præſertim cùm nullus hactenus exſtiterit qui de tot inventis ſibi plaudere poteſt; qui quoque ut incomparabili & ſtudio & ingenio fuerit, ſcire tamen omnia non potuit ſolus

Traditur Senio tandem confectum requieviſſe in patria ann. natum 70. ſed ut quibuſdam placet ann. 87. aliis verò memoriæ proditum eſt eum an. 140. vixiſſe.

Fuit Grammaticus, Rhetor Dialecticus, Mathematicus, ac Philoſophus; inter Medicos eloquentiſſimus, ac Practicus diligentiſſimus.

*Opera quæ extant omnia ſtudio Joh. Baptiſt. Raſarii.*

*Venetiis*, 1562. *Fol.*
*Cæſar Auguſt.* 1576, *4to.*

Græcè.

*Venetiis*, 1525, *Fol. Vol.* 5.
*Baſiliæ* 1538, *Vol.* 5.

Latinè. *Ex variorum interpretationibus.*

*Lugduni*, 1536. *Fol.*
*Venetiis*, 1542, *8vo.*
*Baſil.* 1541, 1549, 1562, *Fol. In hac ultima editione præmittitur vita Galeni autore* Conrado *Geſnero.*
*Lugduni*, 1554, *Fol. hæc omnium nitidiſſima habetur.*
*Venetiis apud Juntas prima editio*, 1541. *nona vero prodiit An.* 1625. *Fol. è quibus ut elegantiſſima eſt octava, ita omnium eſt completiſſima nona.*

*Græcè & Latinè, Hippocratis & Galeni univerſa, quæ extant opera Ren. Charterius conjunctim edidit, Lutet.* 1639, *in Fol. Vol.* 14.

[a] *De Oſſibus, de Nervorum, Muſculorum, Venarum & Arteriarum, Vocalium Inſtrumentorum, & Vulvæ Diſſectione*, &c.
*Lugduni*, 1551, *8vo. p.* 302.

*Galenus de Oſſibus Græcè & Latinè accedunt Veſalii, Sylvii, Henneri, Euſtachii ad Galeni doctrinam exercitationes. Ex Biblioth. J. van Horn.*
*Lugd. Batav.* 1665, *12mo.*

[a] *Pariſ.* 1554, fol.
*Venet.* 1544, *8vo*, Vol. 10.



Aliquot opuſcula anatomica.
*Lugduni*, 1550, *8vo. p.* 151.

*L'uſage des parties du corps humain.*
*A Paris*, 1659, *4to.*

[a] *Cl. Galeni Pergameni ſecundum Hippocratem medicorum facilè principis opus* de Uſu partium corporis humani, *magnâ curâ ad exemplaris Græci veritatem caſtigatum univerſo hominum generi apprimè neceſſarium. Nicolao Regio Calabro interprete.*
*Pariſ.* 1528. *Fol. Min. p.* 484. 1538, *Fol. Min. p.* 470.

Hæc editio caſtigata eſt per Jacobum Sylvium medicum, & Martinum Gregorium. Acceſſit ejusdem Jacobi Sylvii brevis Iſagoge partis uſusque rationem ediſſerens.

Anatomica ſcripta ſecundum ordinem, quo occurrunt in Editione Frobeniana, an. 1562. hæc ſunt.

1 *De temperamentis, lib.* 3. *p.* 19.
2. *Commentar. In lib. Hippocr. de natura humana*, *p.* 50.
3. *De atra bile libellus*, *p.* 67.
4. *De oſſibus ad Tyrones*, *p.* 78.
5. *De muſculorum diſſectione*, *p.* 87.
6. *De nervorum diſſectione*, *p.* 104.
7. *De venarum arteriarumque diſſectione lib. p.* 109.

Hic Indicium non leve de venis lacteis habetur.

8. *An ſanguis in arteriis natura contineatur*, *p.* 118.
9. *De Anatomicis adminiſtrationibus*, *lib.* 9. *p.* 125.

N. B. Traditur enim 15 libr. conſcripſiſſe, ex quibus ſex temporis injuria nobis ſur-



[a] à *Paris* 1608. 8vo. p. 997. De uſu partium corpori humani, *Nicol. Regio Interprete. Lugd.* 1550, 8vo. p. 937.

ſurripuit, quod ſi omnes haberemus nihil fere eſſet in anatomia deſiderandum.

10. *Vocalium inſtrumentorum diſſectio, p.* 211.
11. *De diſſectione vulvæ lib. p.* 215.
12 *De inſtrumento odoratus, p.* 219.
13. *De uſu partium corporis humani lib.* 17. *p.* 224.

Libros hoſce, tanquam hymnos, Deo rerum Creatori conſcripſit Galenus.

Ubi obiter notandum quod Galenus lib. 2. *de Uſu Part.* cap. 14. *de Rerum prima productione verba faciens, Moyſis* meminit cui rerum creationem deſcribenti refragatur.

☞ 14. *De Utilitate Reſpirationis, lib.* 1. *p.* 446.

15. *De Cauſis Reſpirationis, lib. unus. p.* 453.

16. *De Uſu Pulſuum, p.* 454.

17. *De Hippocratis & Platonis Decretis, libri novem.* Ex quibus primus, ſextus, ſeptimus & octavus anatomica continent, ubi contra Ariſtotelem cerebrum, non cor, eſſe originem nervorum demonſtrat, nec non jecur, venarum principium, eſſe ſanguificationis organum. p. 462.

18. *De Naturalibus Facultatibus libri tres, p.* 582.

19. *De Motu Muſculorum, lib.* 2. *p.* 619.

20. *De Motu Thoracis & Pulmonis, p.* 636.

21. *De Fœtuum Formatione liber, p.* 646.

22. *De Semine, libri duo, p.* 660.

23. *De Septimeſtri Partu, p.* 684.

N. B. In cartilagine cricoide capitula oſtendit, in arytenoeide autem ſinus, & per hæc utramque cartilaginem mobili admodùm committi articulatione demonſtravit; *De his tamen recentiores anatomici multum ſilent; quamquam ſine eorum notitia actiones & utilitates earum cartilaginum explicari non poſſunt.*

JU-



## JULIUS POLLUX

NAucratita. Galeno contemporaneus. Sub Imperatore Commodo vixit, eique onomaſticum dicavit, in quo partium internarum & externarum appellationes exponuntur, cujuſque variæ capita ad illuſtrandum rem medicam faciunt. a

*Onomaſticon.*

*Venetiis*, 1502. *Fol.*
*Florentiæ*, 1520. *Fol.*
*Baſil.* 1536. *Fol.*
*Francof.* 1608. *4to.*

## ARETÆUS

NAtus in Cappadocia, unde à patria dictus eſt Cappadox; ad differentiam Aretæi Corinthii. Fuit medicus Græcus vetuſtus: quâ autem ætate vixerit nondum ſatis compertum habetur; quidam eum Galeno antiquiorem eſſe dicunt, & ſub Auguſto Cæſare vixiſſe; alii verò poſteriorem fuiſſe, nulla ipſius in Galeni libris factâ mentione, veroſimile enim eſt Galenum, ſi ejus ſcrip-

a *Julius Pollux* Athenis docuit & vitam obiit annos natus 58.

Vocabularium, quod onomaſticon inſcribitur, eſt doctum, elegans ac copioſum per rerum omne genus diffuſum, quod in libros decem diſtribuitur. Lib. 2. de Hominis Partibus.

*Onomaſticon, hoc eſt inſtructiſſimum rerum & ſynonymorum dictionarium, nunc primum latinitate donatum, Rodolpho Gualthero Tigurino interprete.*
*Baſil.* 1541. *4to. p.* 479.

*In Julii Pollucis Dictionarium Annotationes.*
*Baſil.* 1542. *4to. p.* 26.

Græcè & Latinè, Operâ *Wolfgangi Seberi Sulani*, cum Indicibus novis & Notis locupletatum.
*Francof.* 1608, *4to, p.* 530.

Et cum ampliſſimis Commentariis. *Amſtelod.* 1706. *fol.* 2 Vol.

ſcripta vidiſſet, ſine mentione aliqua eum præteriturum non fuiſſe: adde quod tum Paulus & Aëtius ejus meminerint, unde certâ ſatis conjecturâ colligi poteſt quo tempore ſcripſerit. Voſſius | in libro *de Philoſophorum Sectis*, illum Galeno longè vetuſtiorem cenſet, non ſolùm ex eo quod ſcripſerit Ionica Dialecto, quæ diù ante Cæſarum tempora in ſcriptis deſierat; verùm etiam quod potuerat eum nominatim laudâſſe in voluminibus ſuis quæ interciderunt, adde quod fortaſſe eum aliquando ſignat, etſi non nominat; multos enim citat Galenus quorum nomina reticet.

*De Cauſis & Signis Morborum acutorum & diuturnorum*, *lib.* 4.

Græcè.
*Pariſiis*, 1554. *8vo. ex bibliotheca regia, p.* 195.

Græcè & Latinè.

*Auguſtæ Vindelicorum*, 1603.
*Extat inter medicæ artis principes, Fol. An.* 1567. *& cum medicis antiquis Græcis.*

De Membrana Coſtas ſuccingente, p. 2. *Edit. Pariſ.*
De pulmone, p. 14.
Extremitates Capillares venæ cavæ intra hepar oſculis ſummis venæ portæ in multas tenueſque ſciſſæ commiſſas obſervat. p. 24.
Naturam glanduloſam renibus adſcribit, p. 26. & 59.
Primus obſervavit retentionem urinæ nimiam fibris veſicæ vim inferre; pagina enim 27, hæc habet. ,In ,diuturniori retentione urinæ, veſica nimiùm repleta ,ac diſtenta ſe conſtringere ,non valens, nihil ferè excernere poteſt.

a* SO-

a *Aretæus. Baſil.* 1581, *4to.*
* Græce & Latine. *Aretæi Cappadocis de cauſis & ſignis acutorum & diuturnorum morborum, Libri quatuor. Cum MSS. duobus, Harleyano, & Vaticano, contulit Johannes* Wigan. *A. M. Aedis Chriſti Alumnus. Accedit, Præfatio: Diſſertationes in Aretæum: Variæ Lectiones: Notæ & Emendationes: Tractatus de Jonica Aretæi dialecto: quodque difficiliores hujus Authoris voces exponit, Lexicon. Oxon.* 1723. *Fol.*
*Aretæi Cappadocis, &c. cum Commentariis integris Petri Petiti, Medici Pariſienſis: Atque Clariſſimi Joannis Wiggani doctis & laborioſis notis: & Celeberrimi Mattairii opuſculis in eundem: Tandemque eruditiſſimi, atque celebratiſſimi Danielis Wilhelmi Trilleri, Obſervationibus & Emendatis.* Editionem curavit Hermannus Boerhaave. *Lugdun. Batav.* 1731. Fol.
* Editioni Theophili Protoſpatarii de corporis humani fabrica, *Paris.* 1556. 8vo. accedit: Ex Sorano de vulva & pudendo muliebri; Joan. Baptiſta Raſario interprete.



## SORANUS

Epheſius, Medicus Græcus. Duo erant Sorani Medici Epheſii, *referente Suidâ*, antiquior alter qui Romæ Medicinam fecit ſub Trajano & Adriano imperatoribus; alter junior, contemporaneus Galeni, qui Alexandriæ primùm commoratus eſt, & poſteà Romæ medicinam fecit, muliebrium rerum ſcripſit libros quatuor & alia opera.

Forſan fragmentum quod ſupereſt *de Utero* reliquiæ ſunt illius τῶν γυναικείων. Eſt & tertius Soranus, cui nonnulli tribuunt librum latinum, qui circumfertur, cum hac inſcriptione, *Iſagoge Medica*, *auctore Sorano*, quem non eſſe illius Sorani quem ſecundo loco memoravimus doctè probat Marſilius Cognatus, lib. *4to.* variarum lectionum.

*De Utero & Muliebri pudendo libellus.*

Græcè.
*Pariſ.* 1551.
*Editioni operum Veſalii, Venetiis*, 1604. *Accedit matricis anatome, ex Sorano, Latinè.*
*

## THEOPHILUS PROTOSPATARIUS

Medicus Græcus. Quâ tempeſtate, & ſub quo Cæſare vixerit parùm inter auctores conſtat, inquit Conradus Geſnerus; neque enim ipſe de ſe quicquam literis commendavit: quod autem Galeno poſterior claruit ac Chriſtianus fuerit, nemo eſt qui (modo ejus libros evol-

evolverit ubi ſæpiuſcule & præſertim pag. 141, & 195, *Jeſus Chriſti ut veri noſtri Dei meminit*) nulla ex parte ambigat: verùm quiſquis ſit quove ſæculo natus, homo, eſt plane doctus & de medicina bene meritus; rem enim anatomicam artificioſè tractat quum quicquid fermè 17. ampliſſimis volumivolumtnibus *de Membrorum Uſu* Galenus explicavit totum id quinque libellis comprehenderit; quæ ſanè brevitas neque manca eſt neque obſcura, aut injucunda; quem enim Galeni exuberans copia fatigaverit, hunc Theophili dilucida ordinataque brevitas recreabit.

Minus tamen præclare de eo ſentit Jac. Sylvius; etſi nova in anatomia proferat qualia hæc ſunt.

*Primum nervorum par ex primis cerebri ventriculis vult exire, & ad utrumque naſi foramen excurrere, & in cauſa eſſe, ut odoramenta cerebrum ſentiat.*

*Duos muſculos palpebrarum occluſioni, ac unum apertioni præeſſe, ait.*

*Materia, ſeu ſubſtantia linguæ ex mente illius muſculoſa eſt.*

*Inter ligamenta ſpinæ unum colore flavum, naturæ inter nervum cartilaginemque mediæ, & omnes vertebrarum artus communi vinculo continens deſcribit, à nullo hactenus animadverſum, Vid. lib. 5. cap. 5.*

Teſtium ſubſtantiam vaſcularem ipſi innotuiſſe, credere eſt, *capite enim* 27. *lib.* 5. *inquit, vaſcula multa capillacea, araneali tenuitate per ſubſtantiam glanduloſam ſparguntur.*

*De corporis humani fabrica, libri quinque, Interprete Junio Paulo Craſſo.*

*Venet.* 1536. 8*vo.*
*Baſil.* 1539. 4*to. Inſtitutionibus Anatomicis Joh. Guintherii hoc anno impreſſis, à pag. ſcil.* 132. *ad pag.* 321. *adjecti. Extant etiam cum Medicis Græcis antiquis.*

*Baſiliæ*, 1581, 4*to.*

Græcè. *Ex Bibliotheca regia.*

*Pariſ.* 1540, 16*mo.* 1555. 8*vo. pag.* 84.

Altiſſimam Conditoris noſtri ſapientiam, ac ſolertiam infinitam, quæ in mirabili corporis humani artificio elucet, paſſim laudibus dignis effert ac admiratur. [a] *



## ALCINOUS

GRæcus. Philoſophus Platonicus. Sed ubi natus fuerat, aut quando vixerit, non liquet. Secundùm nonnullos floruit initio ſeculi ſecundi à nato Christo.

*De doctrina Platonis liber.*

*Venetiis*, 1497.
*Lutetiæ*, 1532. 8*vo.*

In hoc libro *de corpore membriſque hominis*, item *de viſu & reſpiratione* agitur.

## ORIBASIUS,

SArdus vel Sardinus; quòd Sardis habitaverit. Quibusdam verò Pergamenus. Medicus Græcus. Juliani Apoſtatæ Cæſaris Archiater, & Quæſtor ab eo Conſtantinopoli conſtitutus, ſub quo & Valentiniano, atque Joviano Imperatoribus claruit, an. circiter 265. ſecundum alios 330 vel 351, quibus doctrina ſingularis eum gratiſſimum reddidit. Medicus etiam fuit longè excellentiſſimus. Plurimos in re medica libros conſcripſit, quos ex veteribus, Galeno præſertim decerpſit, unde Galeni ſimia atque tranſcriptor vulgò dicitur.

Julianus, olim Imperator, medicinam ſuo tempore vagam,

a *Theophili* de *Urinis* libellus. *Thom. Guidotius* de novo vertit, & Notas adjecit. Cui acceſſit ejuſdem de *Excrementis* Tractatus, luce & latio nunc primùm donatus ex MSS. codic. in celeber. bibliotheca Bodleiana Oxonii, *Lugd. Batav.* 1703. 8*vo. p.* 271. Græcè & Latinè.

* *Theophili Protoſpatarii de corporis humani fabrica libri* v. *Junio Paulo Craſſo Patavino interprete. Ex Sorano de vulva & pudendo muliebri, Joan. Baptiſta Raſario interprete. Pariſ. apud Guiliel. Morelium*, 1556. 8*vo.*

gam, amplamque intelligens, præſtantiſſimos ex omni regione medicos Romæ colligendos, *referente Joh. Guintherio*, magno ſtudio curavit, delegitque ex univerſo illorum numero 72. qui diverſis autorum antiquorum monumentis evolutis, examinatisque, neceſſaria magis in arte medica compendioſa ratione comprehenderent. Hi igitur omnes, ſua prius ratione & via ſingulatim explicata uno tandem conſenſu ſcribendi provinciam, Oribaſio, ut facilè Principi, doctiſſimoque tradiderunt. Is varia[a] Galeni opera, aliorumque nonnullorum perſcrutatus, in Compendium quoddam 72 libris comprehenſum (tot enim fuerunt convocati medici) artificioſè redegit. Paulus autem Æginetа opus hoc majus eſſe animadvertens quam ut iter facturo, circumferri poſſit, aut ab homine tenuioris fortunæ comparari, in 7 tantum libros conſtrinxit.

*Maxillares glandulas inter alias ſalivam eructantes, primus hic noſter deſcripſit.*

*Collectaneorum artis medicæ liber, quo totius corporis humani ſectio explicatur.*

a p. 112. Græcè.

*Ex Galeni Commentariis.*

*Pariſiis*, 1556. 8*vo*.

*Opera quæ extant omnia, tribus tomis digeſta. Joh. Baptiſta Raſario Interprete.*

*Baſil.* 1557. 8*vo.*

Primus habet Synopſeos ad Euſtathium filium libros novem, quibus tota medicina in compendium redacta, continetur. Item duos libellos de Machinamentis & laqueis ſuis figuris exquiſitè illuſtratos.

Secundus, Collectorum, ad Imperatorem Julianum Cæſar, Aug. lib. 17. qui ex magno ſeptuaginta librorum volumine ad noſtram ætatem ſoli pervenerunt.

In hoc tomo habetur corporis humani diſſectio, ex Galeni libris tranſcripta.

*Extant etiam apud medicæ artis principes, quos excudebat Henr. Stephanus.*

*Oribaſius de muſculorum diſſectione ex Galeno, Julio Paulo Craſſo Interprete: Editioni aliquot operum anatomicorum Galeni, Lugduni impreſſæ* 1551, 12*mo. accedit à pag.* 303. *ad pag.* 349. *ſeu finem.*

PAU-



## PAULUS.

Ægina ortus; undè vulgò Æginetа dictus. Medicus Græcus eximius, qui Honorii Imperatoris tempore claruit, circa an. 420. Medicinæ & Chirurgiæ compendium ſcitè concinnavit, ut quæ in quaque parte cognitu neceſſaria ſunt, ſupervacaneis reſectis ordinatè diſtribuerit atque dilucidè explicarit, in pluribus egregiis autoribus, & præcipuè in Oribaſio ſe verſatum prodit, qui quoque ex Galeno ſua collegit, ut & ex aliorum complurium commentariis. Hic indefeſſo artis cognoſcendæ ſtudio, præter Græciam, omnium artium parentem, remotiſſimas orbis regiones peragravit.

*De re medica libri ſeptem.*

*Venet.* 1528. *Fol.*

*Baſiliæ*, 1538. *Fol.* 1546. 8*vo.* 1556. *Fol.*

*Pariſiis*, 1532. *Fol. Hoc opus nunc primum integrum latinitate donatum per Joh. Guinth. Andern.*

*Lugduni*, 1551, 1567, 1589. 8*vo. cum ejuſdem Guintheri & Cornarii Annotationibus, item Goupyli & Dalechampii Scholiis.*

In editionis Lugdunenſis ſecundæ (quæ pag. continet 923.) pag. 360. mentionem facit muſculi qui *cervicem veſicæ ambit.*

Pag. 364. *De liene, quædam.*

Pag. 394. *De menſibus mulierum.*

Pag. 681. *De clavicula.*

Pag. 696. *De temperamentis.*

## AETIUS AMIDENUS

Ex Antiochia Syriæ urbe, vel potiùs ex Amida Meſopotamiæ oppido, hincque à patria dictus Amidenus, ſub Conſtantino Magno vel Valentiniano ſecundo floruit. Eunapius eum Oribaſio coævum facit, & utrum-

C que

que Juliani Apoſtatæ errorem ſequutum adſerit. Fuit Medicus Græcus clari nominis, & monumenta poſteritati reliquit ſua, in quibus habemus contractum non ſolùm Galenum, Hippocratem, alioſque Anteceſſores ſuos; ſed in ſermonibus ſuis, ſeu libris, cuncta quæ ad curandi artem pertinent, pauciſſima verò Anatomica congeſta ſunt, ex omnibus qui uſque ad ejus tempora ſcripſerunt. In eo enim, ut ſcribit Petrus Caſtellanus, habemus Galenum contractum, Oribaſium explicatum, & Paulum ampliatum.

*Contractæ ex veteribus tetrabiblos, h. e. Quaternio, id eſt, libri univerſales quatuor: ſinguli quatuor ſermones complectentes. Latinè ex Interpretatione Jani Cornarii.*

*Venet.* 1543. 8*vo.*
*Lugd.* 1549. *Fol.* 1560. 12*mo*.
*Baſil.* 1535, 1542, 1549. *Fol.*
*Pariſ.* 1567. *Fol.*

## OCTAVIUS vel OCTAVIANUS HORATIANUS,

AFricanus, ut ex ipſius Stylo colligitur, de ipſius enim vita nihil certi conſtat.

Præceptorem habuit Vindicianum Archiatrum Imperatoris Valentiniani quemadmodum ipſe teſtatur libro 4to ad Euſebium filium, pag. 81. ſub finem.

Floruit ſub Gratiano & Valentiniano fratribus Imperatoribus, circa an. 383 vel 400. Clariſſimus hic medicus, in Aldino codice ſub nomine Theodori Priſciani exivit cum medicis Latinis; ipſe tamen Græco ſermone librum ſuum conſcripſit, deinde ipſemet Latinum fecit. A nonnullis dicitur Quintus Horatianus.

*Rerum medicarum libri quatuor.*

1. *Logicus de Curationibus omnium fermè morborum corporis humani.*
2. *De acutis & chronicis paſſionibus.*
3. *Gynæcia de mulierum accidentibus.*
4. *De phyſica ſcientia liber.*

*Argentinæ,* 1532. *Fol. pag.* 112. *Huic Editioni acceſſit Albucaſis Chirurgia.*

*Lib.* 4. *à pag,* 102. *ad* 105. *agit de ſemine, quod nimirum ſit & unde naſcitur: Ubi ſententias Eraſiſtrati, Herophili & aliorum recenſet.*



Pag. 106. *De fœtu.*
Pag. 107. *De incremento fœtûs & ejuſdem formatione.*
Pag. 108. *De linguæ natura.*
Pag. 109. *De cerebri natura, de vocis natura, de tactu & ſemine.*

## NEMESIUS

PHiloſophus, & fidei Epiſcopus Emeſenus. In Lycæo pariter & Eccleſia dictaturam exercuit, Naturæ juxta ac pietatis antiſtes & in Philoſophiæ myſteriis Epopta.

Vixit appetente ſeculo 4to. Teſte Mercuriali vixit temporibus Gratiani & Theodoſii, quæ tempora ab ætate Galeni paulò plus 150 annis abfuerunt.

*Nemeſii Philoſophi & Epiſcopi de natura hominis liber unus.*

*Antverpiæ*, 1584. 8*vo.* Græcè.
*Lugd. Batav.* 1538. *Georgio Valla Interprete.*
*Londini*, 1636. 8*vo. pag.* 661. Anglicè.
*Oxonii*, 1671. 8*vo. pag.* 345. Græcè & Latinè. *Denuò recognitus, & MS. codicum collatione in integrum reſtitutus, annotationibuſque inſuper illuſtratus.* *

Si lectionis varietas, verborum delectus, rationis pondus, judicii tenor, methodi ordo, diſputandi acumen, argumenti demùm dignitas, & (quod ad gratiam ineundam non levis eſt momenti) ſumma cum rebus noſtris neceſſitudo tractatum aliquem lectoribus ſuis conciliare poterit; utique hic fuerit longè commendatiſſimus.

* *Nemeſii Epiſcopi & Philoſophi de Natura hominis, lib. unus, nunc primum & in lucem editus, & latine converſus, a Nicaſio Ellebodio Caſletano. Antwerpiæ, ex officina Chriſtoph. Plantini,* 1565. 8*vo.* Græc.&Lat.

Neque eſt hoc prætereundum quod ſi in Philoſophia naturali, medicina & anatome, inventa nova ad palatum faciant, nec hâc ex parte deſtituimur. Habemus hic præſtò, & jure merito pro noſtris vendicamus ea propter quæ pridiani aliquot in re literariâ heroës criſtas erigunt, & æternitatem nominibus ſuis ſpondent poſtulantque.

Ratio circulationis ſanguinis, in quo uno invento ſeculum elapſum tantopere ſe efferebat, Nemeſio dudum agnita fuit, & verbis ſatis ſignantibus adumbrata.

Et verbo, quicunque hæc hypomnemata non prorſus negligenter evolverit, plurima reperiet, eaque non levis momenti, quæ apud Neotericos Magiſtros (*quibus ſolenne habetur ſcribere ſemper, nunquam legere*) omnino nova videbuntur.

*Cap.* 7. *De viſu, p.* 139.
*Cap.* 8. *De tactu.*
*Cap.* 9. *De guſtu.*
*Cap.* 10. *De auditu.*
*Cap.* 11. *De odoratu.*
*Cap.* 23. *Succinctè explicatur Oiconomia animalis.*
*Cap.* 24. *De pulſibus, p.* 207.

Pulſuum motus initium habet à corde, & maximè à ſiniſtro cordis ventriculo; deducitur autem vehementer, & contrahitur arteria harmonia quadam & ratione; ſed dum deducitur à proximis venis vi trahit tenuem ſanguinem.

*Hinc elicere eſt, quod ſi arteriæ vitalem calorem omni parti corporis impertientes diductæ vi ſanguinem à vicinis venis attrahant, humores hoc ſenſu non poſſunt quin motu circulari univerſas corporis partes adlambere.*

*Cap.* 25. *De Generandi Facultate.*
28. *De Reſpiratione.*

Pag. 224. Notatu digniſſima *de Bile* profert; unde doctiſſ. Sylvium ſua de Bile poſt mille & tercentum ferè annos deſumpſiſſe probabile eſt, licet ſe orbem terrarum hoc invento beâſſe glorietur.

*Flava autem, inquit, bilis & per ſe & propter aliud conſtituta eſt; nam ad concoctionem confert, & depulſionem excrementorum movet; ideoque fit quodammodo una de Partibus nutrientibus, quin imo & calorem quendam præbet corpori, ut vitalis facultas, ac his quidem de Cauſis propter ſe videtur extitiſſe, ſed quia ſanguinem purgat, ſanguinis cauſa, videtur quodammodo eſſe facta.*

Pag. 227. Paucula ſubnectit de atra bile, renum & glandularum uſu, de carne, cute, oſſibus, unguibus & pilis.

N. B. Auctor noſter idem creditur cum Gregorio Nyſſeno, qui *de Opificio hominis* ſcripſit, *Interprete Lovenclaio, Baſiliæ*, 1565. *8vo.* Promptiſſimo forſan librariorum lapſu, qui id quandoque agunt ut nominibus celebratiſſimis merces ſuas commendent.



---

## ABUBETER *&* AIBUBETER RHASES *vel ut alii*, RHASIS ARRAZAII,

Cognomento Experimentator. A Rei Perſiæ urbe in qua natus eſt nomen accepit. Quibuſdam verò Pœnus habetur. Floruit circa an. 1070. ſub Almanſore rege Cordubenſi (cui ſacrum voluit opus ſuum) unde à nonnullis Almanſoris nomine citatur; vel ſecundum alios, 966. ob uſum & experientiam multiplicem medicus ſummus. Anatomen ordine eleganti comprehendit, & quicquid Hippocrates ſparſim & Galenus in multis voluminibus tractat, ſuccinctâ enumeratione complectitur; in ſuo opere nihil ferè deprehenditur otioſum nulluſque omnino ambitus verborum ſententiarumve elegantia, ſed rerum de quibus agit pondus & ſumma cum brevitate veritas pro Anatomes tunc temporis ſtatu.

Medicinam fecit per annos 80, & an. ætat. 120, mortuus eſt.

*Opera exquiſitiora, quibus nihil utilius ad actus practicos extat, omnia enim penitus quæ habet aut Hippocrates obſcuriora aut Galenus fuſiora, fideliſſimè doctiſſiméque exponit & in lucem profert.*

*Baſiliæ*, 1544. *Fol. p.* 590.

In libro primò, à pag. 7. ad 33. continetur enumeratio ac ſumma quædam uſus (*per quem intelligit formam & figuram*) partium corporis humani.

*Opuſcula medica varia, Venet.* 1497. *4to.*

## CONSTANTINUS

AFricanus, ita dictus quia natione Afer. Montis Caſſinenſis Monachus, cœnobii, ordinis S. Benedicti. Medicus & Philoſophus, & barbaro illo ſeculo, Græco, Latino, & Arabico ſermone inſtructiſſimus, ac proinde Hippocratis & Galeni doctrina non leviter tinctus. In medicinis opuſcula multa literis conſignavit, quæ etiamnum apud medicos in prætio hàbentur. Floruit circa an. 1080. ſed ſecundum alios 759.

*Opera omnia,*

*Baſil.* 1536. *Fol. p.* 387. *In quibus agitur de urinis, de coitu, de humana natura, de venis phlebotomandis, & de melancholia, quæ etiam extat cum Albucaſæ methodo medendi.*

*Deſcriptio ſtomachi anatomica p.* 225. *habetur.*

*De menſtruis, p.* 127. *

## ALBUCASA

ARabs, inſignis chirurgus. Floruit ſub Henrico IV. an. 1085.

*AlbucaſisChirurgorum omnium primarii*, lib. 3.

*I. De Cauterio cum igne & medicinis acutis per ſingula corporis humani membra cum inſtrumentorum dilineatione.*

II. *De Sectione & Perforatione, Phlebotomia & Ventoſis, de Vulneribus & Extractione Sagittarum, & cæteris ſimilibus, cum formis inſtrumentorum.*



* *Conſtantini Africani de humana natura* lib. 1.
*Item ejuſdem de Elephantia* lib. 1.
*Et de remediorum ex animalibus materia*, cum Albucaſe *Baſil.* 1541. *Fol.*



III. *De Reſtauratione & Curatione diſlocationis membrorum cum typis item inſtrumentorum.*

*Hunc librum, qui eſt triceſima particula libri Azaragi, quem compoſuit Albucaſa, magiſter Gerard. Cremonenſis, in Toleto de Arabico in Latinum tranſtulit.*

*Argentorati*, 1532. *cum operibus Octavii Horatiani, à pag.* 117. *ad* 319. *ſeu finem. Extat etiam cum variorum ſcriptis de Chirurgia, Venet.* 1500. *Fol.*

In Præfatione utilitatem & neceſſitatem cognitionis Anatomices multis prædicat, ac privatim ex eo gratam reddere ſtudet quod chirurgum adverſus omnes errores in praxi muniat.

Cap. 18. Partis primæ, adeſt figura oculum humanum cum palpebris exprimens.

Pag. 214. ch. 71. docet modum reſecandi *tentiginem*, ſeu *clytoridem*, & carneas eminentias in vulvis mulierum. Loquitur etiam de carne quæ naſcitur in orificio matricis, donec impleat ipſam; & quæ ab ejuſdem egreſſu in forma caudæ, ægritudo caudata dicitur; id quoque anteà obſervavit Paulus.

Pag. 260. habetur typus venarum corporis humani phlebotomandarum.

Parti tertiæ præponitur figura ſceleti humani, *



* *Methodus medendi certa, clara & brevis, pleraque quæ ad Medicinæ partes omnes, præcipue quæ ad Chirurgiam requiruntur, libris* III. *exponens. Cum inſtrumentis, ad omnes fere morbos, utiliter & γραφικῶς depictis. Autore ALBUCASE præſtanti, ob excellentia artis opera, medico. Ex pervetuſtis exemplaribus, emendata, & jam primum typis impreſſa. Nam quæ ſub hujus Autoris nomine ſunt edita ab aliis, non dicimus, qualia ſint, ſed ſi ad hæc paulo exercitatior lector contulerit, quanti ſint æſtimanda, intelliget. Baſil. per Henr. Petrum* 1541. *fol.* Adjecti ſunt Tractatus *Rolandi, Rogerii, Conſtantini Africani, Antonii Gazii.*

## ACTUARIUS JOHANNES

Filius Zachariæ, Medicus Græcus clariſſimus, qui vir autem & cujas fuerat nunquam ſe inveniſſe ſcribit Ambroſius Leo, & alii. Vixiſſe fertur circa annum 1100, vel 1130.

*Opera extant inter medicæ artis principes, &*

*Lugduni*, 1556. *8vo.*

*De urinis libri ſeptem, ex Interpretatione Ambr. Leonis, cum ſcholiis Goupyli.*

*Venetiis* 1519. *4to. chart.* 97.
*Baſil.* 1529. *8vo.*
*Pariſ.* 1548. *8vo.*
*Ultrajecti*, 1670. *8vo. p.* 308.

## AVICENNA ſeu ABENSINA

Perſa Bactrianus. Ab Arabibus nominatur Alraiis Abuhali Ibn-Tſina, i. e. Princeps pater Hali, Alhaſen filius Hali, filii Sina; unde liquet nomen Avicennæ inditum fuiſſe corruptâ illâ dictione Ebenſinâ. Avicennæ igitur genitor fuit Hali Perſa, cui cum negotiis principis ſui Bucharæ urbis ad Euphratem ſitæ præeſſet Avicenna in Aufrene natus fuit ſub Conrado ſecundo & Henrico tertio. Non eſt ergo Hiſpanus ut quidam tradunt; & multùm errat *Neander Bremenſis*, qui eum in adoleſcentia Cordubæ Averroëm & Alexandrinæ Rhaſin audiviſſe aſſerit. Præceptoribus queis eum docendum tradidit pater, ita aſſiduè operam dedit ut brevi miros in eloquentiæ philoſophiæ & medicinæ ſtudiis progreſſus fecerit. Anno enim ætatis decimo tam luculentum ingenii ſpecimen dedit ut miraculo eſſet quippe Alchoranum, qui liber Mahomethi leges continet, memoriâ tenebat. Nihil legere ſolitus fuit quod non excerperet. Tanta quoque erat fama quam ſibi doctrinâ comparaverat, ut an. circiter 18. Nuch filius regis morbo maximi diſcriminis laborans juſſit Avicennam ad



ad ſe accerſiri qui medelam ei præſtitit fruſtra ſuorum medicorum operam experto. Anno æt. 21. ad ſcribendum animum appulit.

Medicus, philoſophus, magus & alchymiſta ſummus fuit.

Dotibus mentis eximiis corporis conſtitutio athletica, valetudo maximè proſpera acceſſerant, quæ vitæ longævæ ſpem præbuiſſent, niſi ipſe Veneri nimis deditus vires ſibi miſerrimè attriviſſet.

Floruit ſub Conrado tertio imperatore an. 1145. vel ſecundum alios, ſub Frederico Barbaroſſa, an. 1165.

Viribus proſtratus à caſtris Medenam venit, ubi diem ſuum obiit an. æt. 58. & fortunas quas reliquit amplas pauperibus diſtribui juſſit.

Facta verò ſupputatione ſecundum Erpenium in Hiſt. Saracen. Natus eſt an. 980, mortuus 1036.

*Avicennæ medicorum Arabum principis, liber Canonis, de Medicinis cordialibus & Cantica. Jam olim quidem à Gerhardo Carmonenſi ex Arabico ſermone in Latinum converſa; poſteà verò ab Andrea Alpago Bellunenſi, nunc autem demùm à Benedicto Rinio, Veneto, caſtigationibus illuſtrata.*

*Venet* 1544, 1555. *Fol.*
*Baſil.* 1556. *Fol.* p. 2004.
*Groningæ*, 1649. 12*mo.*
*ſine caſtigatis emendationibus.*

In libro 1. Fen. 1. Doctr. 5. oſſium, muſculorum, venarum, & nervorum Anatomia traditur.

In libro 3. Canonum medicinæ omnia viſcera Anatomicè deſcribit antequam illorum ægritudines & curationem proponit.

*De Corde ejuſque facultatibus libellus.*

*Lugduni*, 1559. *8vo.*

*Clariſſ. & præcellentis doctoris Abvali Ibn-Tſina qui hactenus perperam dictus eſt Avicenna Canon. medicinæ, interprete & ſcholiaſte Vopiſco Fortunato Plempio.*
*Lovanii*, 1658. *Fol. lib.* 1 *pag.* 432. *lib.* 2. *p.* 311.

In quo libro, ut habet Plempius Aviſena, vaſtam illam & diffuſam Galeni doctrinam in breviarium redegit eo ordine, qui nobis in ſcholis ſequendus præcipitur.
Summa 1. *De Oſſibus p.* 30.
Summa 2. *De Muſculis. p.* 46.

Summa 3. *De Nervis*, *p.* 61.
Summa 4. *De Arteriis. p.* 66.
Summa 5. *De Venis. p.* 69.
Summa 6. *De Facultatibus naturalibus*, *p.* 73.
a

## AVERROES, *ſeu* AVERRHOUS.

COgnomento commentator. Natus Cordubæ in Arabia philoſophus & medicus clariſſimus, ſed magis Theoreticus quam Practicus. Coævus Avicennæ, cujus fuit acerrimus inimicus. Floruit circa an. 1150. 1165, vel 1170. temporibus Frederici Barbaroſſæ.

*Commentaria in opera Avicennæ.*

*Lugduni*, 1531. 8*vo.*
*Venetiis*, 1484. 1552. *Fol.*

*Collectaneorum de re medica ſectiones tres. Lugduni*, 1537. 4*to.* Hic quædam habentur Anatomica.

## ALBERTUS

COgnomine Magnus, Lavinganus, patriâ Suevus, Epiſcopus Ratisbonenſis. Theologus, Philoſophus & Medicus maximus, Pariſiis. Floruit an. 1257. ob an. 1280. æt. anno 80.

*De Secretis Mulierum libellus*, *cum Scholiis.*

*Antwerp.* 1538. 8*vo.*
*Lugd.* 1596. 24*mo.*
*Argentor.* 1615. 1637, 12*mo.*

*Amſtelod.* 1655, 1662, 1665, 1669. 12*mo. p.* 203.

Pag.

a Canticum principis *Abi-Alis-Ibn-Sinæ*, vulgò dicti *Avicennæ* de Medicina, ſeu breve, perſpicuum, & concinnè digeſtum inſtitutionum medicarum Compendium, ex Arabico Latinè redditum ab *Antonio Deuſingio. Groningæ*, 1649. 12*mo. p.* 250.



Pag. 10. Edit. ultimæ, *De Generatione Embryonis.*
*De Fœtus Formatione*, p. 20.
*De Exitu Fœtus ex utero*, p. 69.
*De Spermatis natura & digeſtione*, p. 112.
*De Nutrimento & Nutribili, liber.*

*Venet.* 1517. 4*to.*
*

## DINUS DE GARBO

NAtus Florentiæ. Thaddæum Florentinum præceptorem habuit, Bononiæ medicinæ profeſſor fuit. Claruit circa annum 1280. ſub Aberto primo Auſtriaco, vel ſecundum alios, 1343. Obiit Bononiæ.

*Reflectiones in Hippocratem de natura Fœtus.*
*Venetiis*, 1502. *Fol.* **

## BERNARDUS GORDONIUS

NAtus eſt in Gallia, Medicus & profeſſor Academiæ montis Peſſulanæ celeberrimus.

Poſtquam medicinam annos 20. docuiſſet, ſcribere demùm aggreſſus eſt ſuum lilium medicinæ. Claruit circa annum 1300.

*Opus*, *lilium medicinæ inſcriptum*, *de morborum prope omnium curatione*, *ſeptem particulis diſtributum*; *una cum aliquot aliis ejus libellis*, viz. De Urinis, &c.

*Venetiis*, 1494. *Fol.*
*Pariſiis*, 1542. 8*vo.*
*Lugduni* 1574. 8*vo p.* 1115.
***

Inchoatus autem eſt liber iſte, ut authoris utar verbis, cum auxilio Magni Dei, in præclaro ſtudio Montis Peſſulani, poſt annum vigeſimum lecturæ noſtræ Anno Dom.

* *Secreta mulierum ab Alberto Magno compoſita*; 4*to.* Editio perantiqua.

** Cum Expoſitione Jacobi ſupra Capitulum de generatione embrionis.

*** *In nomine Dei miſericordis, incipit practica excellentiſſimi Medicinæ Monarce domini Magiſtri Bernardi de Gordonio dicta Lilium Medicinæ, Ferrariæ* 1486. *Fol.*

Dom. 1305. menſe Julii.

Pag. 257. *De Anatom. oculorum.*
Pag. 291. *De Aure.*
Pag. 304. *De Naribus.*
Pag. 323. *De Partibus in ore.*
Pag. 337. *De Partibus colli.*
Pag. 343. *De Uſu Uvulæ.*
Pag 346. *De Voce.*
Pag. 417. *De Oeſophago.*
Pag. 503. *De Inteſtinis.*
Pag. 561. *De Splene.*

---

## MUNDINUS

DE Luciis Mediolanenſis. Floruit circa an. 1315. Anatomicus illuſtris, & ut Maſſa ſcribit, vir in ſectione celeberrimus; ſub quo Anatome, cum omnis eruditionis eclipſin univerſus orbis denſiſſimæ barbariei interjectu paſſus fuit, adeoque hæc ipſa protinùs quaſi evanuit, ante tria ſæcula & quod excurrit, primùm in Italia reſurrexit.

Populariter quidem Anatomen deſcripſit ad uſum Scholarum, optimo enim atque ſuccincto ordine ſingula explicatè tradit. Quam jam olim viris in ea arte exercitatis unicam rationem fuiſſe veriſimile eſt, cur ejus librum quantumvis lacerum & ſtylo barbaro conſcriptum, in omnium ſcholarum æſtimatione habendum duxerint, & Anatomes rudimenta nuſquam rectiùs quam ex hoc, ſolenniter profeſſo, libro petenda, idque præcipuè juxta ſtatuta Patavina: Hæc enim jubent, *ut Anatomici Patavini explicationem textualem ipſius Mundini ſequantur.*

Fato itaque propitio factum eſt, ut huic libro ducentis plus minus annis in ſcholis autoritas illibata manſerit, non abrogatis, quæ illi pretium conciliârunt ſtatutis: Etenim ex pag. 26. capite de Anathomia matricis editionis per Joh. Dryandrum caſtigatæ, palam eſt, autorem opus ſuum Anatomicum manu propriâ literis conſignâſſe, an. circiter 1315. vel 1316. adeò ut annis abhinc 398. hocce opuſculum literis mandatum fuerit.

Anatomiæ ejus expoſitor ſcil. Jacobus Carpus à laudibus autoris, primi inter Anatomicos Latinos, exorditur, ejuſque librum alteri non æquandum ex eo cenſet, *quod nec antiquorum nec recentiorum reperiatur liber, qui in tam brevi ſermone, tot & tanta, de cognitione membrorum continet.* Ingenuè tamen fatetur eum à vero aliquando aberrâſſe, ut & manca quædam literis tradidiſſe, illi utcunque ignoſcendum ex eo quod forſan veri Galeni libri, ad eum non devenere, ſuâque ætate magna eſſet librorum penuria. Queis & hoc addit, quòd *Quandoque* etiam *bonus dormitat Homerus.*



*In ſingulis corporis partibus deſcribendis locum, rationem ſitus, numerum, complexionem, ſubſtantiam, qualitatem, quantitatem, tunicas, colligantia, juvamenta, nocumenta, actionem, & ægritudines, quæ in illis poſſunt contingere, proponit.*

*De viſceribus prolixè ſatis diſſerit, vaſa verò ſanguifera, nervoſque leviter ſolùm attingit, & ex muſculis illos ſolùm, qui abdominis ſunt, deſcribit; reſpirationi famulantium ſolummodò mentionem facit.*

*Videtur auctor Galeni & Avicennæ ſcripta de rebus Anatomicis magnâ ex parte ſequi, quamvis eorundem non ubique aſſequatur ſententiam.*

*Quod ad virgam & linguam veniant majores venæ & arteriæ quam ad aliquod aliud membrum ejuſdem quantitatis in toto corpore notat.*

*Teſticuli mulierum ad mentem illius Concavitatibus & Carnibus minutis glandoſis replentur, & in illis generatur ſalivalis quædam humiditas, quæ ſit cauſa delectationis in fœminis.*

*Septem Cellulas in matrice inveniri vult.*

*Os matricis factum eſt ad modum oris catuli nuper nati, vel ut proprius loquar inquit, ad modum oris Tincæ antiquæ, & in ſuperficie ejus eſt velamentum velamine vel pudicitia*, vel potiùs ut in quibuſdam editionibus legitur *velamen ſubtile quod in violatis rumpitur*, hymenem intelligit.

*Collum matricis, quod eſt palma longum, latum & dilatabile, rugas habet ad modum ſanguiſugarum titillationis gratia.*

*Vulvam pro colli extremitate ſumit, ubi pelliculas duas prope orificium veſicæ notat,* quæ Nymphas deſignant.

*Ductus ureterum in veſica obli-*

*obliquus eſt, h. e. inter tunicam & tunicam, quo impeditur ne urina rediret ad renes.*

*Valvulas, in vaſorum cordis orificiis, oſtiola vocat.*

*Anatome omnium humani Corporis interiorum membrorum.*

*Papiæ*, 1478. *Fol.*
*Bonon.* 1482. *Fol. emendata per D. And. Morſianum.*
*Venet.* 1507. *Fol.*
*Argent.* 1509.

*En Lector, libellum Mundini quem de partibus humani Corporis inſcripſit, ab omni errore mendaque alienum, nec non cum annotationibus in margine poſitis & locis utilioribus Ariſtot. Avicenn. Galeni, cæterorumque medicorum, ubi quod auctor dicit clarius locis alligatis videri poteris.*

*Papiæ*, 1512. 4. *min. chart.* 30.
*Lugd.* 1529. 8*vo. cum annotationibus Arnold. Villanovani.*
*Marpurgi*, 1541. 4*to. per Joh. Dryandrum, cui titulum fecit.*

*Anatomia Mundini ad vetuſtiſſimorum, eorumdemque aliquot manu ſcriptorum, codicum fidem collata, juſtoque ſuo ordine reſtituta, adjectæ ſunt, quarumcunque partium corporis ad vivum expreſſæ figuræ, adſunt & ſcholia non indocta, quæ prolixorum commentariorum vice eſſe poſſunt.*

Johannes Adelphus Phyſicus *hunc etiam emendavit, ac in lucem dedit ſeq. titulo.*

*De omnibus humani corporis interioribus membris Anathomia.*

*Argentinæ*, 1513. 4*to.*

*Anatomia Mundini per Carpum caſtigata, & poſtmodum cum Apoſtillis ornata, ac noviter impreſſa.*

*Venet. anno innominato*, 16*mo. Chart.* 76.

Huic operi Editor præfatiunculam præmittit, quæ cum non rationes modo jam editi libelli complectitur, ſed & alia quædam, quæ ab iſthoc opere ſat aliena reſpiciant, ſupradictam epiſtolam hic attexere non ſuperfluum ac inutile fore duxi.

Accipite bonarum artium cultores candidiſſimi hanc Mundini Anatomiam, ac in priſtinum nitorem redactam, quæ prius & depravata, ac quam plurimis locis manca circumferebatur, majora à nobis accepturi, quum plus opportunitatis nacti erimus, eſt animus omne Anatomiæ negotium ſummario quodam utili propediem in lucem exhibere, ut quæ longâ lectione didicimus, ac longâ experientiâ comprobavimus ea vobis condonemus.



*Hinc patet Carpum hunc librum in lucem miſiſſe, ante quam præclara in Anatomicis cætera ſua opera in conſpectum publicum venerint.*

Nec propterea nos ab incepto removebit: quod quidam hujus ætatis medicus in hâc parte profecto major nomine quam re provinciam hanc aggreſſus ſit, cum in opere ſuo nihil vel parum perfectum ingenio ac digeſtum induſtriâ inveniri poſſit; ſed tantùm ſterilis verborum numerus, ac authoritatum inanis ſtrepitus, ut non immeritò aggregatoris nomen ſortitus ſit.

*Gabrielem de zerbis hic proculdubiò intelligit quem paſſim in ſuo libro carpit, ut infrà patebit.*

*Extat etiam cum faſciculo medicinæ Job. de Ketham, anno* 1500. *Fol.*

Jacobus Carpus, Alexander Achillinus, Matth. Curtius, & alii, Anatomen Mundini Commentariis ſuis illuſtrârunt; *de quibus ſuo ordine.*

---

## BARTHOLOMÆUS ANGLICUS,

Alias Glannuyle, venerabilis frater, de ordine fratrum minorum, floruit circa an. 1350. Ex Nobiliſſima familia comitum Sudovolgiorum, ut ſcribit *Job. Neander.*

Vir Græcis & Latinis literis juxta eruditus; Philoſophus inſignis, Medicinæ præterea ſcientiâ præclarè excultus: Decus & ornamentum eorum quibuſcum vixit, & patriæ, imò totius Angliæ, & ſeculi ſui.

*De proprietatibus rerum libri novemdecim.*

*Coloniæ* 1481, *Fol. min.*
*Argentin.* 1491, *Fol.*
*Norimberg.* 1519. *Fol.*
*Francof.* 1601, 8*vo.*

*Lib.*

*Lib.* 3. *De anima rationali, & hominis deſcriptione.*
*De ſenſu communi*, *Cap.* 10.
*De* 5 *ſenſibus*, *in totidem Capitibus.*
*De pulſibus*, *Cap.* 23.

*Lib.* 4. *De humoribus Corporis.*
*Lib.* 5. *De omnibus humani Corporis membris*, quæ Cap. 66. ſubſequentibus anatomicè deſcribuntur.

---

## GUIDO de CAULIACO

GAllus. Diſcipulus Raymundi in monte Peſſulano.

Inter eos qui ad Chirurgiam ſpectantia ſuis ſcriptis illuſtranda ſuſceperunt, primæ deferendæ ſunt Guidoni Cauliacenſi, in Gymnaſio Montis Peſſulani medicinæ & chirurgiæ per multos annos ſummâ cum laude profeſſori, qui poſteà à Clemente ſeptimo Pontifice Romano illius famâ permoto, Avignionem accerſitus eſt ut medicus ipſi eſſet, eo potiſſimùm tempore quo ſæviſſimum quoddam peſtis genus toto terrarum orbe graſſabatur; quo in munere ita feliciter, fideliter, ac ſapienter ſe geſſit, ut maxima prœmia reportâſſe dicitur, atque eo mortuo Pontifice, ab Innocentio ſexto, ejus ſucceſſore, eodem atque honeſtiori loco haberetur; Urbanus quoque quintus tanti illum fecit, ut eum ſibi non ſolùm medicum, ſed & commenſalem aſciverit, eoque tempore noſter Guido, an. ſcil. à virginis partu 1363. magnam Chirurgiam conſcripſit.

Hunc Falloppius non dubitat Hippocrati æquiparare, fortè, ut opinor, quod ſicut Hippocrates primus fuit artis medicæ Inſtaurator & Coryphæus, quemque omnes ut Prototypum ſibi ſequendum propoſuerunt, ita inter Chirurgos Guido, ut inter Anatomicos Jacobus Carpus primus artem hanc poſtliminio veluti revocaverit, cujusque veſtigiis alii poſtmodum inſtiterint, quamvis impari ſane ſucceſſu. Non ſolùm enim quæ ab aliis obſcurè dicta fuerunt eruditiſſimè illuſtravit, ſed etiam multa utilia & doctiſſima de ſuo addidit.

a *Norimbergæ*, 1492. *fol.* Anglicè 1471, 1535. Joh. Corbichon Bartholomeum Anglicum, in Gallicam Linguam juſſu *Caroli* V. Gallorum regis, tranſtulit, *Lugd.* 1491. *fol.*



*Chirurgiæ tractatus ſeptem cum Antidotario.*

*Venetiis*, 1490, 1519, 1546. *Fol. Chart.* 97. *Lugd.* 1572. 8*vo.* 1518. 4*to.* 1585. 4*to. p.* 601. *Jouberti emendationibus.*

Tractatus primus de Anatomia, continet duas doctrinas. Prima eſt *De Anatomia membrorum communium, univerſalium, & ſimplicium*, *in* 5. *capit.* Doctrina ſecunda. *De Anatomia membrorum propriorum particularium & compoſitorum*, in capitulis octo, à pag. 19. ult. hujus edit. ad 49.

*Quod inciſiones circa ſupercilia fieri debeant ſecundum longitudinem corporis, quia ita vadit muſculus qui ſupercilia movet, & non ſecundum rugas, primus omnium docuit.*

De Oſſe adjutorio[a], ſeu humero, hæc habet, *ejus inferior rotunditas eſt duplex, & in cujus medio unus eſt gradus, ac ſi eſſet trochlea duplex per quam tranſeunt Chordæ, habet & quandam concavitatem qua recipitur Caput, ſeu additamentum roſtrale majoris focilis tempore erectionis brachii.* Exinde autem extremitas humeri trochlea nunc communiter appellatur.[b] *

D NI-

a Id tamen jure potiori *Galeno*, Anatomiæ Inſtauratori, aſcribendum eſſe ex ipſius ſcriptis abundè patet.

b Annotations ſur le *Guidon* par Monſieur Falco, M. D. & Montis Peſſulani Academiæ Decanus. *A Lyon*, 1559. 4*to. p.* 614.
*Guido*'s Queſtions newly corrected by *George Baker*, Maſter in Chirurgery. *London*, 1579. *Ch.* 54. 4*to.*

* *Cyrurgia Guidonis de Cauliaco*, *Venet.* 1499. *fol.* In principio legitur: *Cyrurgia Magni Guidonis de Cauliaco, edita anno domini.* 1363. *In præclaro ſtudio Montis Peſulani feliciter incipit.* Accedunt, *de Balneis porectanis; Cyrurgia Bruni, Theodorici, Rolandi, Rogerii, Lanfranci, Bertapalie: Jeſu Hali de oculis, Canamuſali de baldac de oculis.*
*Guidonis de Caulico Chirurgia, Lugd.* 1559. 8*vo.*

## NICOLAUS NICOLUS

FLorentinus. Medicus graviſſimæ auctoritatis. Floruit ſub Wenceſlao, & Ruperto imperatoribus, anno 1393. Ob. 1412.

Sermones medicinales ſeptem.

*Venetiis*, 1491. *Fol. Vol.* 4.

Serm. 2. cap. 37. venas deſcribit quæ flobotomantur.

Serm. 3. tract. primi, cap. 5. de Senſu Auditûs.

Cap. 6. de Senſu Odoratûs.

Cap. 8. de Senſu Guſtûs.

Cap. 9. de Senſu Tactûs.

Tract. 2. cap. 4. de anathomia partium capitis contentivarum non principalium ſed annexarum.

Cap. 2. de anathomia partium externarum capitis eſſentialium contentivarum.

Tract. 3. cap. 2. de anathomia nervorum.

Serm. 4. Tract. 2. cap. 1. de anathomia Epiglottis, & canna pulmonis.

Cap. 3. de anathomia panniculorum & pectoris interiorum.

Tract. 3. Sum. 2. cap. 1. de anathomia cordis.

Cap. 2. de Motu Cordis.

Cap. 3, de principatu eiuſdem.

Cap 4. de anathomia arteriarum.

## JACOBUS FOROLIVIENSIS

PHiloſophus & Medicus celeberrimus, claruit circa ann. 1439.

*Expoſitio in Avicennæ aureum capitulum de generatione Embrii, cum quæſtionibus ſuper eodem.*

*Venetiis*, 1512, 1518. *Fol.* cum aliis ejuſdem argumenti libris. *

* *Expoſitio Jacobi ſupra Capitulum de generatione embrionis cum quæſtionibus ejusdem. Dinus ſupra eodem. Dinus ſupra librum Ypocratis de natura fetus.* Venet. 1502. Fol.

J O-



## JOHANNES MATTHÆUS de GRADIBUS

Eximius artium & medicinæ Doctor, & in almo ſtudio Papienſi primam Cathedram tenens. Natus ex nobili familia Ferrariorum, cognominatus verò *de Gradibus*, à patria *Grado*, prope Mediolanum ſito oppido. Primùm, in Collegio patrio medicus fuit excellentiſſimus, & deinde in Gymnaſio Ticinenſi medicinam publicè docuit. Fuit etiam per multos annos Duciſſæ Mediolanenſis Archiater. Obiit ann. 1480.

*Practicæ pars prima & ſecunda, vel Commentarius textualis in nonum Almanzoris cum ampliationibus & additionibus materierum, adjuncto etiam textu per Joh Matthæum ex Ferrariis de Gradi Mediolanenſem.*

*Papiæ*, 1497. *Fol.*

Dedicatio partis ſecundæ data eſt ex Papia, 1471.

*Venet.* 1502. *Fol. ch.* 376.
*Lugd.* 1527. *4to.*
*Venet.* 1560. *Fol.*

Anatomica in Editione ſecunda hoc ordine digeſta habentur.

*De anathomia Oculi, Chartâ* 5.
*De anathomia Auris*, *Ch.* 103.
*De anathomia Naſi, Ch.* 111.
*De anathomia dentium*, *Ch.* 118.
*De anathomia pectoris & pulmonis*, *Ch.* 134.
*De anathomia fellis, Ch.* 241.
*De anathomia ſplenis, Ch.* 262.
*De anathomia inteſtinorum, ch.* 268.
*De anathomia renum & veſicæ*, *Ch.* 296.
*De anathomia matricis*, *Chart.* 341.

Hypotheſis, à Nicolao Stenone, non ita pridem ingenioſè excogitata de teſticulis fæmineis, ut ovariis avium analogis, ſuperſtructa videtur ſententiæ noſtri auctoris, qui Ch. 342. Col. 1. verſus finem, teſticulos muliebres *duo ova* carnibus glandoſis cooperta apertè pronuntiat. Mirari igitur ſubit quì locus hic notatu perdignus, per tot annorum ſeriem prætermiſſus fuerit.



A N-

## ANTONINUS ZENON,

VEnetus. Medicus magnæ autoritatis, qui claruit ſub Friderico tertio, Maximiliâno primo, & Alexandro ſexto Pontifice, circa an. 1488.

*De natura humana, deque Embrione liber ad Senatum Venetum.*

*Venet.* 1491. 4*to.*

## •JOHANNES de KETAM,

GErmanus; Medicus Empiricus. Inclaruit circa annum 1490. ſub Alexandro ſexto Pontifice maximo.

*Faſciculus Medicinæ tractans de Judiciis Urinarum cum ſuis accidentiis.*

2 *De phlebotomia tractatus.*

3 *Problemata de membris generationis, de matrice & teſticulis*, &c. *& de ſecretis mulierum.*

4 *De Cyrogia.*

5 *De ægritudinibus puerorum ex Rhaſis.*

6 *Anatomia Mundini.*

*Venet.* 1495, 1500, 1522. *Fol.*

*Huic Ult. Edit. accedit Achillini Anatomia.*

## JOHANNES ANGLICUS,

DIctus etiam Johannes de Gadeſden, M. D. Phyſicus clariſſimus, ſed in Medicinis multum Empyricus.

*Roſa Anglica practica medicinæ à capite ad pedes.*

*Papiæ*, 1492. *Fol.*
*Paris. an. eodem*, 4*to.*
*Venet.* 1502. *Fol. Ch.* 135. *noviter impreſſa & perquam diligentiſſimè emendata, Operâ Nicolai Scylvatici Siculi.* Hunc librum non 1516. ut ferunt Bibliographi, ſed an. ſuprà memorato, in lucem prodiiſſe patet ex diſertis verbis ipſius Impreſſoris Octavii Scoti, ad calcem libri Scil. an. ſalutiferæ Incarnationis Dominicæ ſecundo ſuprâ milleſimum quingenteſimumque, decimo ſexto Kalend. Januar.
*Auguſtæ Vindelicorum*, 1595. 4*to. Hæc poſtrema editio emendatior & in meliorem redacta ordinem recens edita eſt à* Philippo Schopffio medico Phyſico Durlacenſi *cum additis quibuſdam annotatiunculis.*

Pag. 107. *Edit. Venet. De Anatomia oculorum.*
Pag. 114. *De Anatomia aurium.*
Pag. 116. *De Anatomia narium.*



## GEORGIUS VALLA,

PLacentinus. Floruit circa an. 1494. ſub Maximiliano. Philoſophus, Medicus & Rhetor, utrâque linguâ doctiſſimus. Multa & præclara volumina ſcripſit.

*De humani Corporis partibus opuſculum. Extat cum Alexand. Bened. Anatomia.*

*Baſil.* 1627.

*Extat etiam cum Guinth. Andernaci inſtit.*

*Venet.* 1538.

Scripſit etiam *Tractatum de Natura oculorum*, quem mihi nunquam contigit videre.

## GABRIEL DE ZERBIS,

VEronenſis, Philoſophus, & Medicus Theoreticus excellentiſſimus in ſtudio Patavino. Claruit circa an. 1495. Hic eſt ille Zerbus qui ambitioſo avaroque ingenio, cum accitus grandi pecuniâ penetrâſſet ad Triballos in Thracia ut Shenderbaſſum morbo intercute liberaret,

nec demum quod inflatè promiſerat præſtaret morienti, à Barbaris ſervis, ut domini manibus ea, ſcil. victimâ parentarent, trucidatus interiit. Jacobus Carpus, in Commentariis ſupra Mundinum, illi notam nigram imprimit, quaſi ferro vitam ſuam terminâſſet.

*Liber Anathomiæ Corporis humani, & ſingulorum membrorum illius; editus per excellentiſſimum Philoſophum ac Medicum Domin. Gabrielem de Zerbis Veronenſem.*

*Venet.* 1502. *Fol. Cb.* 184.

—— 1533. *Fol.*
*

*Liber tertius, in quo oſtenditur anathomia membrorum ſimplicium & eis ſimilium, continet Ch.* 20.

*Anatomia matricis prægnantis, & de generatione Embrionis, Ch.* 14.

*Anatomia infantis & porci, ex traditione Cophonis.*

*Marpurgi*, 1537. 4*to.*
—— 1545. 4*to. cum Mundini Anatomia.*
**

## MAGNUS HUND,

Parthenopolitanus, ſeu Magdeburgenſis, Profeſſor Lypſicus.

*Anthropologium de hominis dignitate, natura & proprietatibus. De elementis, partibus Corporis humani,* &c..

*Lipſiæ*, 1501. 4*to.*

## MARCUS ANTONIUS TURRIANUS

Veronenſis. In rei medicæ inveſtigatione fuit totus, tantumque diſcendi amorem præ ſe tulit ut in juvandæ medicinæ ſtudio diligentiam & induſtriam ſingularem demonſtrârit; imprimis verò in promovendis anatomicis. Quum verò Mundini quæ tunc in manibus erant ſcripta manca eſſent, & obſcura, etiam alicubi à veritate aliena, Turrianus manum operi admovit; profitendoque ſimul ac conſecando damnatorum cadavera, humani corporis à capite ad calcem Anatomen publicam omnium ſpectantium ſtudio & approbatione abſolvit, conſcripſitque: Ac foras dedit Anatomes volumen ex placitis Galeni, quo Mundinum rudis ſeculi ſcriptorem, & Zerbum in eodem negotio delirantem jugulârat. Obiit. 1512. ætatis 33.

* *Hiſpali* 1514. *Fol.*
** *Anatomia infantis ex Commentariis clariſſimi Anatomici Gabrielis de zerbis deſumpta.* Adjecta eſt Anatomiæ Dryandri, Marpurg. 1537. 4*to.*



## MICHAEL SCOTUS.

*Phyſiognomia, & de hominis procreatione.*

*Pariſ.* 1508. 8*vo.*
*Venet.* 1503.

Videtur idem eſſe cum ſequente, qui hunc titulum præ ſe fert.

*De ſecretis naturæ libellus.*

*Francof.* 1615. 12*mo.*

Extat etiam cum Alberti Magni libello *de Secretis Mulierum*, à pag. 294. ad 329. ſeu finem.

## SYMPHORIANUS CAMPEGIUS

Lugdunenſis Gallus. Eques auratus, & Lotharingorum principis Archiater. Floruit an. 1532.

*Medicinale bellum inter Galenum & Ariſtotelem geſtum, quorum hic cordi, ille autem cerebro favebat, in duos libros diviſum. Primus cerebri & cordis de Principalitate humani corporis contendentium continet certamen.*

*Lugduni*, 1516. 8*vo.*

## JOHANNES de VIGO

GEnuenſis. Chirurgus Julii ſecundi Pontificis maximi præclarus. Floruit circa annum 1510.

*Practica in arte chirurgica copioſa continens novem libros, primus de Anatomia chirurgo neceſſaria.*

*Lugduni*, 1518. *4to.* 1534. *8vo.* 1545, 1582. *8vo.* *Florent.* 1524. *8vo.*

Anglicè prodiit.

*Londini*, 1586. *4to. min. pag.* 455. 1543. *Fol. ch.* 270.

a *

## ALEXANDER ACHILLINUS.

BOnonienſis, philoſophus, medicus, & anatomicus, profeſſor Patavinus.

*In Mundini Anatomen annotationes.*

*Extat cum Joh. de Ketam praxi, faſciculus medicinæ inſcripta.*

*Venet.* 1522. *Fol.*

*De humani corporis Anatomia.*

*Venet.* 1521. *4to.*

Ex oſſiculis auditus, quæ malleo & incudi comparantur, ex mente quorundam inventorem habent Achillinum.

JA-

a *De Vigo*, en Francois impreſſ. 1537. *8vo.* ſed ſine nominatione loci ubi.

* *Opera Dni Joannis de Vigo in Chirurgia, additur Chirurgia Mariani Sancti Barolitani J. de Vigo diſcipuli. Lugdun.* 1530. *8vo.*



## JACOBUS BERENGARIUS

CArpenſis ita dictus à Carpi civitate in Italia; appellatur quoque ſimpliciter Carpus ut & Jacobus Carpus, nec non Jacobus Carpenſis à Falloppio, ſed triplex ſuum prædictum nomen ipſe ſibi tribuit, ut videre eſt in ſua Iſagoge.

Regii Lepidi ac Bononiæ cives, hinc a quibusdam Bononienſis dicitur, chirurgi filius, artium ac medicinæ doctor eximius, necnon Chirurgiæ ac Anatomiæ prælector in academia Ticinenſi, ac poſteà Bononienſi, artis anatomicæ reſtaurator, judicio Falloppii quàm poſteà perfecit Veſalius. Judicio Euſtachii, parvi non fuit in rebus anatomicis; ſic enim loquitur, Jacobus Carpus, Anatomicus & Chirurgus non contemnendus quamquam eum ingratiſſimi quidam, poſtquam expilarunt, ut ab omnibus parvi fieret, anatomicorum fæcem nominare non erubuerunt. Eum tamen diligentem produnt cadavera plus quam centena à ſe diſſecta priusquam opus ſuum conderet; atque ingenii vires oſtendunt plurimæ in eo quæſtiones anatomicæ aliis indictæ, ſimulque plurima ab eo reperta, quæ rudi ſtylo conſcripta obſervat Riolanus, ex iſtis tamen ruderibus anatomicis, ut Virgilius ex Ennii ſterquilinio ſe gemmas collegiſſe fatetur.

Inunctionis ex Hydrargyro in cura Luis Venereæ primus fuit inventor, illoque ſolo quæſtu mirè opulentus redditus eſt; eo morbo laborantes geminos cùm aliquando cepiſſet Hiſpanos (quibus infenſiſſimus fuit) & vivos anatomicis adminiſtrationibus deſtinâſſet, in apertum prodeunte propoſito, in exilium relegatus fuit, & Ferrariæ obiit, ut habet Falloppius, cap. 76. tract. *de Morbo Gallico.* Veruntamen ipſe Carpus commentario in Anatomen Mundini deteſtatur & exſecratur hanc ſævitiam ſecandi & aperiendi vivos homines. Inſuper ob frequentes ab eo inſtitutas ſectiones, anteà quidem rariſſimas, ſi non inauditas, vivis etiam non abſtinuiſſe creditur, ut magis invifus & exoſus haberetur; vel potiùs, ut aliis placet, ob libertatem loquendi in Anatome commiſſam obſcœnum-

 que

que ſermonem auribus honeſtis indignum, ita ut patrum inquiſitorum animadverſioni obnoxius redderetur, Bononia ſecedere coactus fuit.

*Carpi Commentaria, cum ampliſſimis additionibus, ſuper Anatomiam Mundini, unà cum textu ejuſdem in priſtinum & verum nitorem redacto.*

*Bononiæ*, 1521. 4to. *Chart.* 527.

*Anatomia Carpi. Iſagogæ breves perlucidæ ac uberrimæ in Anatomiam humani corporis à communi medicorum academia uſitatam à Carpo in Almo Bononienſi Gymnaſio ordinar. Chirurg. public. docente, ad ſuorum ſcholaſticorum præces in lucem datæ.*

*Bononiæ*, 1523. 4to.
*Coloniæ*, 1529. 8vo.
*Argentorati*, 1533. 8vo.
*Venet.* 1535. 4to. *Chart.* 61.

*Ecphyſin ſeu appendicem cæci primus detexit quam Coli additamentum appellat, & fusè deſcribit.*

*Septem cellulas in utero Mundinianas negat, unambue ſolummodo concavitatem admittit.*

*Glandulæ ſublinguales earumque ductus illi innotuerunt.*

*In muſculis Abdominis rectis tres illas diviſiones putat eſſe chordas trium muſculorum ad commoditatem contractionis.*

*Carunculas in renibus papillam uberis referentes, primus animadvertit.*

*Lineam quæ nunc alba audit, centralem vocat, quippe tendit per medium ventrem.*

*Prolixè tractat de Generatione & Fœtu.*

*Proceſſus mammillares ob nimiam mollitiem nervis minimè accenſendos putat.*

*De aure hæc refert, panniculo prædicto (Myringam, ſeu tympani membranam intelligit) adjacent duo oſſicula parva quæ moventur ab aere moto, ſe invicem percutiunt, & ſecundum aliquos, cauſant ſuo motu ſonum in aure & iſta res in rei veritate notatu digna & à paucis viſa.*

Malè ergo à quibuſdam ſtatuitur horum oſſiculorum inventor, cùm uſum illis tribuat, aliis expoſitum, imò nullibi ſe pro inventore horum oſſium haberi velit.



*Sex figuras ligneas muſculorum Abdominis excudi curavit: adſunt porrò tabulæ tres progreſſum venarum in brachiis & cruribus oſtendentes. Tres figuræ uterum exhibent.*

*Spinam ruditer depingi curavit foramina, per quæ elabuntur nervi oſtenſurus.*

*Muſculorum cuti immediatè ſubjectorum 5. fig. adjecit: queis accedunt duæ figuræ oſſium humani corporis ſimul compactorum; item aliæ duæ, quarum altera oſſa pedis, & altera, manus exhibet.*

*In Commentario in Mundinum errores Gabrielis de Zerbis, ubique ferè & acerbiùs quam par eſt perſtringit.*

*A Deſcription of the Body of Man; being a practical Anatomy, ſhewing the manner of Anatomizing from Part to Part: The like hath not been ſet forth in the* English *Tongue. Adorn'd with many demonſtrative Figures. Long ſince compos'd in* Latin *by the Famous* J. Berengarius *of* Carpus. *Done into* English *by* H. Jackſon, *Surgeon.* London. 1664. 12mo. *pag.* 376. Cum Præfatione D. Wharton.

## JASON à PRATIS,

VEl Pratenſis. Zyricæus Zelandus, ut ex Præfatione patet, Medicinæ Doctor & Profeſſor, ac Artium Liberalium Magiſter; floruit circa annum 1520.

*Libri duo de uteris. In quibus Lector candidus opulentiſſimum ſimul ac lautiſſimum naturalium rerum & hiſtoriarum ſupellectilem inveniet.*

*Antverp.* 1524. 4to.
*Amſtelod.* 1657. 12mo.

In capite primo, *De hominis Generatione* agit.
In tertio, *De Formatione Fœtûs.*
In decimo, *De tempore partûs & ſitu fœtûs in utero* pertractat.

*De parturiente & partu, Liber.*

*Antverp.* 1527. 8vo.
*Amſtelod.* 1657. 12mo.[a]

a *Amſtelodami*, 1657. 12mo *p.* 100.

JO-

## JOHANNES WALTERIUS VIRINGUS,

A Trebatenſis.

*Tabula Iſagogica Oſſium corporis humani Connexionem ac Numerum complectens: Olim Lovanii edita, nunc recognita & aucta.*

*Duaci*, 1527. *Fol. patenti, cum Fig. ænea.*

## JACOBUS LOPEZ,

MEdicus Bilbitanus.

*Commentarius in librum Avicennæ de viribus Cordis.*

*Tolet.* 1527. *Fol.*

## ALEXANDER BENEDICTUS,

VEronenſis. Medicus operibus artis, diſciplinis & linguarum cognitione nulli Neotericorum aut veterum cedens, & medicorum Italiæ ſua tempeſtate decus eximium. Floruit circa an. 1495. imperante Maximiliano, cui opus ſuum dedicavit. Patavii docuit, & medicinam practicam Venetiis diu profeſſus eſt. Indefeſſo artis medicæ cognoſcendæ ſtudio gentes remotiſſimas luſtravit.

*Alexandr. Benedict. Phyſici Anatomiæ, ſive de hiſtoria corporis humani libri* 5. *adjectum eſt huic opuſculum Georgii Vallæ ejuſdem rei ſive argumenti.*

*Baſil.* 1527. *8vo.*
*Argentorati*, 1528. *8vo.*
*Pariſiis*, 1514. *chart.* 68. cum collect. ch. 87. min. *4to.*
Epiſt. nuncupat. *Venet.* 1497.

*Opera medica.*

*Venet.* 1535. *Fol.*
*Baſil.* 1539 *4to.* & *Fol.*
—— 1549. *Fol.*

A-



Anatome omnium fere partium paucis prius traditur quam curatio morborum proponitur. Præterea ad calcem accedunt libri 5. hiſtoriam de partibus corporis humani complectentes à pag. ſcil. 1175. edit. 1539. ad pag. 1271. ſeu finem.

In unam ventriculi partem *bilem flavam à folliculo fellis* corrivari affirmat.

*Alexandri Benedicti Phyſici Anatomiæ, ſive hiſtoria corporis humani, ejuſdem collectiones ſeu aforiſmi, à pag.* 143 *ad* 167. *ſeu finem.*

Excuſum an. à mundi redemptione 1527. 12*mo.* chart. 143. ſed ſine nominatione loci ubi.

Epiſt. Dedicatoria ad Imperatorem data eſt *Venet. an.* 1503.

Ille obſervat duo foramina juxta urinæ exitum in fœminis, *ſed perperam venarum orificia eſſe ſtatuit*, ex quibus effunditur humor quidam, prolificum autem ſemen non eſt, tanto in pleriſque impetu, ut maſculorum more longiùs exſiliat.

## JOACHIMUS FORTIUS RINGELBERGIUS.

ANdowerpianus.

*De homine liber.*

*Antverp.* 1529. *8vo.*
*Lugd.* 1531. *8vo.*
*Baſil.* 1538. *8vo.*

## PARTHENIUS.

D*E humani corporis ſectione Dialogus, Plutone* & *Harpago interloquentibus.*

Extat cum Georgii Vallæ de re medica opuſculis.

*Argentorati*, 1529. *8vo.* *

LU-

* *Parthenii Plutonis & Harpagi aiſſecti dialogus.* Addidit eum Carpus Iſagogis ſuis, *Bonon.* 1523. *4to.* Eique ſic præfa-

## LUCAS GUARICI,

GEoponenſis.

*De conceptu natorum & ſeptimeſtri partu.*

*Venetiis*, 1533. 4to.

## ALBERTUS DURER,

NOrimbergenſis Pictor & Geometra inſignis; Natus an. 1471. Obiit 1527.

*De Symmetria partium humanorum corporum, ſeu de proportione corporis humani libri quatuor è Germanica lingua in Latinam verſi.*

*Norimbergæ*, 1534. *Fol.*
*Pariſ.* 1557. *Fol. pag.* 122. a

*De la proportion des parties & pourtraits des corps humains.*

*A Arnheim.* 1613.
*

## MARIANUS SANCTUS BAROLITANUS,

MEdicus clariſſimus; artium & medicinæ Doctor.

*De lapide Renum curioſum opuſculum nuperrimè in lucem editum. Ejuſdem de lapide Veſicæ per inciſionem extrahendo ſequitur aureus libellus.*

*Venet.* 1535. 8vo.

Sine paginarum enumeratione.

In capite 2. Traditur *Anatbomia Veſicæ.*
*

a *Albertus Durer*, Italicè, in fatur: "Quum humani corporis "ſectionem publice, ut fit, ha"beremus: & nonnulli diſcipu"lorum (ut moris eſt inter ipſos "nato livore) per jocum atque "riſum, caput pudendaque ſub"ripuiſſent: *Parthenius* ame"niſſimo ingenio juvenis: inde "nactus argumentum: hæc luſit. *Venetia*, 1594. *fol.*

* Germanice primum, Norimberg. 1528. fol. hoc titulo. *Hierinn ſind begriffen vier bücher von menſchlicher Proportion, durch Albrechten Dürer von Nürenberg erfunden und beſchriben, zu nutz allen denen, ſo zu diſer kunſt lieb tragen.*



## ANDREAS LACUNA.

SEcobienſis; natus Segobiæ in Hiſpania, medici filius. Eques auratus, ſive miles S. Petri & Julii tertii, Pontificis Maximi, valetudini præfuit. Olim in Imperatoris Caroli quinti caſtris medicinam factitavit, & deinde Metenſis reipubl. medicus conſtitutus eſt. Tagaultii fuit diſcipulus.

Stylo puriori ac elegantiori quam cæteri qui ante Veſalii tempora floruerunt opera ſua concinnavit. Artis medicæ uſu experientiſſimus Myſta, qui etiam doctiſſimis ſuis ſcriptis non ſolum patriæ, ſed & aliis ut prodeſſet plura conſcripſit ac foras dedit.

*Anatomica Methodus, ſeu de ſectione humani Corporis Contemplatio in compendium atque enchiridium redacta, ubi quicquid boni ſucculentivè probatiſſimi quique philoſophorum de ea ſcripſerunt appoſitiſſimé congeſtum reperias: obſervata quidem ſermonis puritate, at verborum lenociniis, ac ut ita dicam, phaleris non admodum anxie curatis: Nam & quæ Latinæ voces plerumque non ſuppeterint Græcis uti præſtitit, quam rem in medio relinquere.*

*Pariſ.* 1535. 8vo. *Chart.* 60. cui accedit Epiſtola.

In Præfatione ſe nihil ſcripturum pollicetur, quod non vel Hippocratis, vel Ariſtotelis, &c. authoritate ſuadere poterit.

In Anatomia Theorica duplicem exponit methodum, qua-

* *Compendium in Chyrurgia ſtudioſis, quibuſcunque ipſam exercere volentibus longe utiliſſimum per Marianum ſanctum Barolitanum*, additum *Joan. de Vigo* operibus, *Lugd.* 1530. 8vo.

quarum altera naturam, altera neceſſitatem ſequitur: illam quæ naturæ eſt ad finem ſui inſtituti perveſtigandum proponit.

Incipit itaque ab ore ordinem quo cibus quamvis rudiſſimus paulatim conficitur & conſummatur, candidè recenſens, & finem faciens in cerebro, à quo ultimam abſolutiſſimamque transmutationem ſpiritus ipſi ſuſcipiunt.

A dentibus ad linguam progreditur, de qua ſic loquitur: *Eſt tamen ſummoperè conſiderandum, linguæ tantum atque pudendis frænulum indidiſſe naturam, nam in his potiſſimum organis voluit natura homines eſſe modeſtos.*

Deinde ad tonſillas, columellam & labra ſermonem convertit. De poſteriori hæc profert, *Internâ ventriculi tunicâ veſtita ſunt labra, atque id eſt in cauſâ ut dum ventriculus nauſea laborat, ea impensè tremula vomitum præſagire videantur.*

Tranſit deinde ad deſcriptionem *ſtomachi*, ſive *gulæ* & *ventriculi*, *cujus orificium*, inquit, *Pylorus dictum in fundo non eſt appoſitum, ſed paulo altius, ut quæ nondum abſolutiſſimam ſunt nacta coctionem priuſquam eam aſſequantur ad alvum minime delabantur: illi quoque Muſculum conſtrictorium aſcribit.*

*In præclara Corporis habitudine bilem flavam quæ eſt ventriculi functionibus inimica & hoſtis perniciosiſſimus (contra nigra eſt iiſdem amica & perquam utilis) in ventriculum relegari pernegat. Et quamvis in ventriculum nullus implantetur porus biliarius, vomitiones tamen bilioſæ*, pergit author, *ſæpe oboriuntur; nam in inteſtinum Jejunum quod proximè collocatur ventri, bilis flavæ non exiguus meatus protenditur, atque inde eſt quod pars illa in quam inſeritur ſemper conſpiciatur inanis, quæ dum interdum acrimonia humoris irritetur illum à ſe propellit; at vero bilis flavæ ſuâ naturâ levis agiliſque quum ſit, ſæpe numero ad ſuperiora pervolitat, & ventriculi operationes funditus evertit, niſi protinus vomitione reddatur.*

*Inteſtinum cæcum* ex ejus mente pendet veluti venter quidam repletus, ut ait Galenus, in cujus fundo nullum eſt orificium; habet verò duo orificia, unum per quod trahit, alterum per quod pellit.

Poſt *Inteſtina Meſenterium* deſcribit, ac deinde *Hepar*, in tres partes diviſum, & cætera Viſcera ſuo quo ſequuntur ordine naturali.



*Crurum* & *Lacertorum* compoſitionem, nervorum & oſſium compagines, ſex quæ deſcribit capitis oſſibus exceptis, & omnia quæ ad humani corporis abſolutionem deſiderantur, in aliam commentationem differt.

Univerſa *Galeni* opera in exiguum quoddam corpus, verum, integrum & admodum ſucculentum eâ fide & diligentiâ contraxit, ut ex iis quæ ad artem ſpectant, aut quoquo modo rem medicam juvare poſſunt, prolixis tantum digreſſionibus reſectis, nihil prorſus omiſerit, planeque ita adornavit, ut magna Galeni volumina evolventibus utilitatem haud mediocrem ſit allaturum. Exemplaria porrò tam Latina quam Græca depravata paſſim inſtauravit, contulit, lapſus omnes correxit, lucem locis obſcuris addidit, & *ut ego quoque verba in compendium conferam*, ſuccum omnem atque medullam elicuit, in ordinem digeſſit, locos denique communes univerſos, præcipuaſque ſententias omnes lucis majoris gratia, ad margines annotavit: id autem opus ſequente titulo inſcribitur.

*Epitome Galeni Pergameni operum in 4 partes digeſta.*

*Baſil.* 1551. *Fol. p.* 1298.
—— 1571. *Fol.*
*Argentorati*, 1609. *Fol.*
*Lugd.* 1553. 16*mo*. *Vol.* 4.
*

## EUCHARIUS RHODION,

SIve Roſlin. Medicus Francofurtenſis.

*De partu hominis, & quæ circa ipſum accidunt.*

*Francof.* 1535. 1544. 8*vo*.
* *

*Primùm Germanicè prodiit.*

Cap. 1. *De ſitu ac habitu quo partus in Utero quieſcit, & quot pelliculis idem circumvolvitur.*

Cap. 2. *De tempore pariendi.*

Adſunt plurimæ figuræ ſitum fœtûs in utero repræſentantes.

E N I-

* *Lugd.* 1643. *fol.*

* * *Francofurti* 1563. 8*vo*.

# NICOLAUS MASSA,

**V**Enetus. Artium & medicinæ Doctor, artis obſtetricandi peritiſſimus, ut videri eſt capite libri ſui 24. & Chirurgus dexterrimus. Claruit circa annum 1530.

Venetiis Anatomicis ſpeculationibus deditus, humani corporis partes, unà cum pluribus aliis medicis, inſpectione notavit, quibus plura membra antiquis incognita ſæpe oſtendit, ut & operationes non paucas ab illis prætermiſſas & ignotas; ea propter Anatomes Promotor ac Amplificator jure & merito habetur, quam quoque ſcripto non contemnendo locupletavit.

Authori in libro ſuo introductorio non fuit in animo ſingulas corporis partes ſermone proſequi; ſed eas tantum quæ cultro anatomico in uno corpore commodiùs objiciuntur, de iſthoc enim labore verba faciens ait, *Quia in uno corpore omnia membra per inciſionem videri non poſſunt ob abſciſſa neceſſario quædam membra ut cætera perfectiùs cognoſcantur, ideo ſcire convenit, non omnia quæ in humano corpore ſpectari poſſunt in hoc libello ſcribere me ſtatuiſſe, ſed ea tantum quæ commodè in uno corpore & magis neceſſaria medentibus mihi viſum fuit per inciſionem oſtendere*, & *veluti introductorium ad reliquas viſendas partes.*

Riolanus, & plurimi alii illius authoritate commoti, *muſculorum pyramidalium* inventionem Nicolao Maſſæ tribuunt. Verùm id nullo jure factum, quod ipſius authoris verba vel obiter aſpicienti patebit. Ille enim in muſculis parvis deſcribendis, qui procedunt a fine muſculorum longitudinalium (*Ubi id obiter moneo deſcriptionem hanc mancam præpoſtere arreptam, & in ſequentibus id negotii omnimo elucidaturis ſeorſim expanſam, Riolano & quotquot ordine ſubſequuti ſunt, id ſuſpicandi anſam dediſſe*) i. e. rectorum eos verſus inguina iter tendere ſtatuit, ipſisque didymis vaſa cooperientibus ſpermatica adhærere *quod de pyramidalibus intelligi nequit.* Muſculus enim ille qui pro Maſſæ *pyramidali* habetur, veriùs *cremaſter* dicitur ut revera eſt. Hoſce Muſculos virgæ virili erigendæ, & teſticulis elevandis dicatos eſſe affirmat; verùm iſtud peccatum ex eo profluxit, quòd portiunculam *Cremaſteris* oſſe pubis pronatam ad virgam ipſam exporrectam crederet, cum tamen pars hæc ulteriùs progrediatur parti tunicam vaginalem obducenti conjungenda ac immiſcenda. a

*Septum ſcroti*, de quo invento ſibi immeritò plaudunt quidam ex recentioribus, *elegantiſſime hiſce deſcribit verbis*, „Habet præterea iſta burſa panniculum mediaſtinum „qui dividit teſticulum dextrum à ſiniſtro, ſic ut burſa „habet duos ſinus, hinc fit ut „quandoque extenditur ab „uno latere tantum ex deſcenſu humorum, inteſtinorum, *&c.* remanente alio in ſtatu naturali.

*Panniculum hymenæum*, qui ex mente Mundini os matricis obſtruit, *exiſtere negat*, & ejusdem loco refert *rugas quaſdam ligamentis & venis invicem ligatas à devirginante laxari vinculaque rumpi.*

*Ductus caruncularum renalium per quos lotium percolatur*, (tubuli urinarii nunc dicti) *melius deſcripſit quam Carpus.*

Totidem verbis aſſerit ; cap. ſc. 19. De anatome vaſorum ſeminis, *arteriam & venam ſpermaticam in proceſſu non uniri, ſed tranſire ſeparatim uſque ad teſticulum.*

*Muſculoſam eſſe ſubſtantiam linguæ* demonſtrat, ut & *cutem eſſe duplicem.*

*Collum Matricis muſculoſam eſſe, & motu voluntario præditum* ſcriptis reliquit.

*Liber Introductorius Anatomiæ, ſive diſſectionis Corporis humani nunc primùm ab ipſo authore in lucem editus. In quo quamplurima Membra, Operationes & Utilitates tam ab antiquis quam à modernis prætermiſſa, manifeſtantur.*

*Venet.* 1536. *4to. Fol.* 108.
—— 1559. *4to.*

*Epiſtolarum Medicinal. Tom.* I.

*Venet.* 1542. *4to.* 1550. *4to.*
—— 1558. *4to. Chart.* 179.

E 2 Epiſ-

a Ad hoc aſtruendum multum facit quod addit auctor hiſce verbis, „Iſtæ partes in mulieribus „non ſunt, quoniam non habent teſticulos extra.

Epiſtola 5. De re anatomica. In qua multis probare contendit, Galenum *Cadavera humana ſecuiſſe.*

*Membranam frontis carnoſam*, pro vero muſculo haberi vult.

*Oſſicula auditus, quæ Tympanum ſeu Myringam auris percutiunt, Anatomicis tempore Achillini innotuiſſe dicit.*

*Epiſtolarum Medinal. Tom. alter.*

*Ibid. anno eodem*, *Ch.* 184

Epiſtola 29. *De hominis generatione* agit. a *

## JOHANNES GUINTERIUS

ANdernacus; quia natus Andernaci, Ubiorum oppido ad Rhenum, an. 1487. parentibus tenuis fortunæ.

Ex patria Schola, ubi literarum elementis imbutus fuit, Ultrajectum progreſſus eſt, & inde Daventriam, ubi mendicatò vivere coactus eſt.

Jactis hiſce fundamentis in ærumnarum medio, Marpurgum Haſſorum profectus eſt, ubi brevi tantum profecit; ut cum Goſlarienſes Juventuti erudiendæ magiſtrum idoneum quærerent, Guinterium præ aliis elegerint.

Poſteà verò ſtatione hac derelicta, Lovanium ſtudiorum continuandorum gratiâ conceſſit, ubi Græca docuit; cum autem ad medicinam animo propenderet, Lutetiam Pariſiorum ſe contulit. Et paulò poſt Franciſci primi Galliarum regis Liberalitate medicinæ lauream adeptus, & medicus regius ſalutatus eſt, ibique medicinam apud ægrotos feliciter exercuit; ſed & Anatomen humani corporis per ſectionem inveſtigationem, jam deſitam ac neglectam in uſum revocavit, ſummâque diligentiâ excoluit, id quod vel unius quem tunc inter alios habuit diſcipuli, Andreæ Veſalii exemplum ſatis ſuperque probavit*, ut infra patebit.

Poſtquam 12 in Galliis annos exegiſſet, gliſcentibus undequaque bellorum tumultibus Divodurum Mediomatricum Metropolin commigrat, ubi cum aliquamdiu medicinam feciſſet, Argentoratum tandem conceſſit, ubi profeſſoris & medici practici munere functus eſt, donec ibidem obiit anno 1574. ætatis 87.

a Editio ſecunda eadem eſt cum priori, addita ſolummodò primâ paginâ noviter impreſſâ, & Epiſtola Nuncupatoria Charactere Italico exarata.

* *Epiſtolæ medicinales*, *Ven.* 1550. 4to.



Vir fuit doctus, cautus ac omnium virtutum genere cumulatus, iisque nominibus à Ferdinando Auguſto nobilitatis inſignibus fuit ornatus.

Circa annum 1536. Anatomicas inſtitutiones primò evulgavit, ubi meminit Andreæ Weſalii Imperatoris Myropolæ filii, ut juvenis magnæ expectationis in utraque lingua eruditi & in corporibus diſſecandis dexterrimi.

In epiſtola nuncupatoria editioni ſecundæ præmiſſa, ac Metis data anno 1539, „dicit ſe precibus cultorum „medicinæ victum, cùm Lu„tetiæ ante annos aliquot „corporis humani hiſtoriam „ac conſectionem publicè in „medicorum ſcholis doceret, „quæ inter ſecandum cogni„tu neceſſaria videbantur, „in commentarium compen„dioſum ac facilem redegiſſe, „in quo cujusque particulæ „ſitum, numerum, ſubſtan„tiæ proprietatem, magni„tudinem, figuram, & con„nexum explicat; deinde & „uſum ſingulis & admini„ſtrationem adjicit. Quo„que in elaborando au„xiliatrices manus habuit „Andreæ Weſalii quem non „ſolum ut juvenem in Ana„tomicis diligentiſſimum, ſed „etiam ut profeſſorem pu„rioris medicinæ non peni„tendum celebrat.

„Meminit quoque Mi„chaelis Villanovani, quo„rum duorum præſidio & o„perâ tum artuum tum a„liarum partium exterio„rum, muſculos omnes, ve„nas, arterias, & nervos in „ipſis corporibus examina„vit ſtudioſiſque oſtendit.

Hujus commentarii editionem præſentem multis conſectionibus adminiſtratis, & ſedula partium inſpectione recognitam auctam & abſolutam dicit.

Annos triginti poſt Anatomicas inſtitutiones primum in vulgus miſſas librum de Medicina veteri & nova in lucem edidit; ubi quæ Anatomica habentur, ſecundum docendi rationem quam olim *Lutetiæ* celebravit, proponuntur. In quo etiam refert And. Veſalium

ſibi operam dediſſe in Anatomicis quem unâ cum *R. Columbo* ſubinde citat.

In ejus operibus, hæc inter alia, notatu digna reperiuntur.

*Corpus glanduloſum in medio Meſenterii ex molli & cedente materia conflatum pancreas appellavit primus.*

*Implicationis venæ & arteriæ ſpermaticæ, à nullis Anatomicis hactenus obſervatæ, quæ fit paulò antè inſertionem in teſticulum gloriatur ſe inventorem eſſe & Veſalio ipſi demonſtrâſſe Lutetiæ cùm daret operam Anatomiæ.*

*Uterus duos habet ſinus mammillarum numero reſpondentes nullo ſepto interpoſito in unam deſinentes anguſtiam, quam cervicem uteri nominat, quæ cervix ad muliebrem ſinum deſinit, quem & pudendum vocat.*

*Membranam Allantoeida admittit.*

Ex omnibus Anatomicis qui ante Veſalium ſcripſerunt ſolus ille muſculos accuratius & fuſiùs deſcribit.

*Muſculum quì cervicem veſicæ ambit transverſis conſtare fibris aſſerit variaque habere officia; primum enim* veſicam *claudit, deinde poſt* emiſſionem urinæ *contractus undequaque*, id quod in meatu eſt, propellit.

*Anatomicarum inſtitutionum ex Galeni ſententia per Joh. Guinterium Andernacum medicum libri quinque.*

*Baſil.* 1536. 8*vo*. 1539. 4*to*. *min. pag.* 126.

*Huic editioni recens ab ipſo auctore & recognitæ & auctæ acceſſerunt Theophili Protoſpatarii* de corporis humani fabrica, *libri* 5.

*Patavii*, 1558. 8*vo*. *ab Andrea Veſalio auctiores & emendatiores redditæ, atque una cum Georgii Vallæ* de partibus humani corporis *editæ*.
*

*Witteberg*. 1613. 8*vo*.

D

* *Inſtitutionum Anatomicarum ſecundum Galeni ſententiam ad Candidatos Medicinæ libri quatuor, per Joannem Guintherum Andernacum medicum, ab Andrea Veſalio Bruxellenſi, auctiores & emendatiores redditi* 1585. 8*vo*. *Additum Georgii Vallæ Placentini de humani corporis partibus opuſculum.*



*De medicina veteri, & nova tum cognoſcenda tum faciunda commentarii duo.*

*Baſil*. 1571. *Fol.* 2 *Vol.*

In commentario primo, qui continet paginas 806. multa habentur quæ ad rem anatomicam ſpectant, in d alago, viz. 4o. & 5*to*. à pag. 91. ad 265.

---

# JOHANNES DRYANDER.

GErmanus. Natus Wetteranæ in Heſſia. Med. Doctor, & in academia Marpurgenſi ejusdem profeſſor publicus. In Mathematicis diſciplinis eximiè verſatus, & anatomicis in rebus non mediocriter exercitatus. Poſtquam docendi munus per annos viginti quatuor ſuſtinuiſſet, obiit anno 1560.

*Anatomiæ, hoc eſt corporis humani diſſectionis pars* * *in qua ſingula quæ ad caput ſpectant membra atque ſingulæ partes ſingulis ſuis ad vivum commodiſſimè expreſſis figuris delineantur. omnia recens nata. Addita eſt Anatomia infantis ex Gabriele a Zerbis.* **

*Marpurgi*, 1537. 4*to*. Paginæ numeris non notantur.

Adjecta eſt figura univerſi thoracis pulmonum tracheæ arteriæ atque arteriarum in ſubſtantia pulmonum diſperſarum. Hiſce ſubjungere decrevit auctor ſingularum corporis humani partium Iconas ad vivum elegantiſſimè expreſſas, quas equidem paraverat; ſed in lucem nunquam prodierunt.

Huic tractatui etiam accedit oratio, qua Anatomiæ neceſſarium ſtudium commendatur Marpurgi in frequentiſſimo ejus Academiæ conſeſſu habita.

Opus anatomicum Mundini in conſpectum publicum miſit ad vetuſtiſſimorum eorundemque aliquot manuſcriptorum codicum, quos habere potuit diverſis exemplariis, fidem collatam juſtoque ſuo ordini reſtitutam: & ut ſenſum autoris explicatiorem redderet, adjecit quo-

E 4 que

* *prior.*

** Et *Anatomia Porci*, *ex traditione Cophonis.*

que partium humani corporis delineationes quantum fieri per artificem ſculptorem potuit, exactiſſimè elaboratas, ut hiſce omnibus obſcuritatem authoris, ſi quam habet, elucidaret.

*Marpurgi*, 1541, *4to. p.* 134.*

Figuras quaſdam à Jacobo Carpo mutuavit: quibus accedunt duæ muſculos omnes cuti ſubjectas à tergo & fronte proponentes. Reliquæ verò, Anatomiæ capitis a ſe evulgatæ, attextæ viſuntur.

## LUDOVICUS BONNACIOLUS.

Ferrarienſis. Medicus illuſtris & magnæ authoritatis. Vixit circa annum 1530.

*Enneas muliebris ad Lucretiam Ferrariæ Duciſſam nunc primùm ex vetuſto exemplari à mendis innumeris integritati & ordini reſtituta.*

*Argentin.* 1537. *8vo.*

*Extat in Gynæciorum commentariis à Caſp. Wolphio* 1586. *editis à pag.* 222. *ad p.* 333.

Cap. I. *De Uteri partiumque ejus Confectione.*

*Nympham & Clitoridem*, quæ apud veteres promiſcuè uſurpantur primus omnium ut partes diſtinctas deſcripſit.

*Os Uteri glandem penis figurà referre dicit.*

Cap. II. *Quid, quale, undeque prolificum ſemen. In quo geminas partes diſtinguit, ſpirituoſam, unam craſſam alteram & tenacem.*

*Teſtes*

* Hoc titulo, *Anatomia Mundini, ad vetuſtiſſimorum, eorumdemque aliquot manu ſcriptorum, Codicum fidem collata, juſtoque ſuo ordini reſtituta per Joannem Dryandrum Medicum Profeſſorem Marpurgenſem, Adjectæ ſunt, quarumcunque partium corporis ad vivum expreſſæ figuræ: Adſunt & Scholia non indocta, quæ prolixiorum commentariorum vice eſſe poſſunt.*



*Teſtes non ſunt perfectè Sphærici, ſed ſicuti ſphera ex utraque parte leviter compreſſa extant.*

*Unde Menſtrua.*

*De Fœtus procreatione, ubi tractat non ſolum de partibus Fœtui peculiaribus, ſed etiam de cæteris ferè omnibus viſceribus.*

Cap. III. *De Partu.*

*Hunc etiam tractatum inter Gyneciorum libros repoſuit Iſrael Spachius, à pag.* 109. *ad* 148. *à ſe editos an.* 1597. *Fol.*

*Extat quoque cum Severini Pinei opuſculi de notis virginitatis variis editionibus ſubſequente titulo abbreviato.*

*Liber* de Conformatione Fœtûs.

## PROSPER ALCALANUS

Sarzinenſis Hetruſcus. Primùm Romæ, poſteà Bononiæ claruit, circa annum 1524.

*Paraphraſis in libros Galeni, de inequali intemperie, cui adjectus eſt commentarius de atra bile.*

*Lugd.* 1538. *8vo.*

## LUDOVICUS VASSÆUS

Catalaunenſis. Jacobi Sylvii diſcipulus. Med. Doct.

Cum ea quæ Galenus cæterique docti viri de Anatome ſcripta reliquerunt, latiſſime fuſa ſint, voluit auctor illa quodam veluti compendio breviter explicata in Tabellas conjicere, ut via quædam facilis eſſet ad divinum illud opus Galeni de uſu partium corporis humani.

Hæ tabulæ ex eo ſunt gratiores quod nulla ferè in corpore tam minuta pars ſit quæ ibi non perveſtigatur.

*Ludovici Vaſſæi Catalaunenſis in Anatomen corporis humani tabulæ quatuor.*

 *Lu-*

*Lutet.* 1540. 1541. 1553.
*Fol. Chart.* 40.
*Venet.* 1544 *8vo.*
*Lugd.* 1560. *8vo.*

Johan. Canappe, M. D. tabulas haſce Gallico ſermone decoratas in lucem emiſit, ex eo præprimis quod Syſtemata Anatomes ipſorum lingua manca ac mutila eſſent, ac veritati diſſona, ordinem tamen quem obſervat Author per omnia non ſequitur.

*A Paris*, 1555. *8vo.*

## ANTONIUS LUDOVICUS,

OLyſſiponenſis, vixit circa an. 1538.

*De re medica opera.*

*Olyſſiponæ*, 1540, 1543, *Fol.*

Inter alios habetur liber Erotematum *de Uſu reſpirationis & de Corde liber unus abſolutiſſimus*, in quo tùm Ariſtotelis quam plurimi errores explicantur, tùm verò plurimæ Quæſtiones enodantur.

## CONRADUS GESNERUS

NAtus Tiguri Helvetiorum. an. 1516 medicus, philologus & polyhiſtor eximius, Germaniæ lumen, Helvetiæ decus, vir ſtupendæ eruditionis, editis in omni literarum genere præſertim verò in Medicina & Philoſophia naturali, lucubrationibus longè clariſſimus.

In Schola patria pueros Grammaticam aliquamdiu docuit, domi verò per otium Medicinæ operam dedit, quam Baſileæ & Monſpelii ſedulò continuavit. Lauſannam vocatus in ſcholam reipublicæ Bernenſis tunc inſtitutam; in ea triennium literas Græcas profeſſus eſt. Circa an. 1540, Baſileæ nacto Medicinæ doctoris titulo, patriam reverſus, Medicinam ibi facere cepit, & Philoſophiam publico ſtipendio docuit; Phyſicam imprimis & Ethicam per annos 14 interpretatus, anno 1565, peſte Tiguri graſſante, eâdem correptus, obiit ætat. 49.

*Libellus de Lacte.* *

*Tiguri*, 1541. *8vo.*

In Epiſtolis etiam medicinalibus plurima occurrunt Anatomica.



## BASSIANUS LANDUS,

NAtus Placentiæ, Profeſſor Medicinæ Patavinùs; Joh. Bapt. Montani diſcipulus primùm Collega, & poſteà in profeſſione ſucceſſor fuit. Cùm aliquando noctu domum rediiſſet, ante fores ædium ſuarum à Sicario quodam ſeptem vulneribus impetitus, die ſeptima poſt, Patavii obiit, an. 1562. cum Academiæ Patavinæ incredibili dolore.

*De humana hiſtoria, vel ſingularum hominis partium cognitione libri duo.*

*Baſil.* 1542. *4to.* **
*Francof.* 1605. 1652. *8vo.*

Alio quidem titulo inſignitur hæc ultima editio, ſed à priori nequaquam differt.

## JOHANNES FERNELIUS,

AMbianus dictus, quòd patrem inde oriundum habuerit. Natus Claramontii in Gallia, Ambiani oppidulo an. 1485. Philoſophus, Medicinæ Doctor, Mathematicus inſignis, Henrici ſecundi Galliarum Regis Archiater & Conſiliarius, acerrimi ingenii vir, reconditarum & penitus abditarum rerum ſcrutator & explicator ſubtiliſſimus, qui cum ſumma doctrina ſingularem dicendi facultatem purique ſermonis elegantiam mag-

* Ei titulus, *Libellus de Lacte & operibus Lactariis, philologus pariter ac medicus. Cum epiſtola ad Jacobum Avienum de montium admiratione. Authore Conrado Geſnero Medico. Tiguri.* 8vo.

** *Baſil.* 1542. *8vo.*

magnâ fœlicitate conjunxit.

Johannes Guintherius & ille ambo Contemporanei, æmulo doctrinæ ſtudio in Academia Pariſienſi Anatomica docebant; Jacobo Sylvio fuit quoque σύγχρονος. In docendi atque exercendi Medicinam labore, dum annos ſex totos ſumma cum laude verſatur, ſenſim ita Lutetiæ adeò increbuit nominis ipſius celebritas, ut curandis ægris opem ab eo poſcentibus vix ſatis eſſe potuerit, & ex praxi Medica quotannis 12000 libras Gallicas lucrari atque congerere conſueverit. Tandem illum atrox nox ſuſtulit, an. 1557. ætat. 72.

*Johannis Fernelii Ambianatis, de naturali parte Medicinæ libri ſeptem, ad Henricum Franciſci Galliæ regis filium.*

*Pariſ.* 1542.
*Venet.* 1547. 8*vo*. *Ch.* 35.
*Lugd.* 1551. 16*mo*. *p.* 655.

Pag. 14. Lib. 1. De Partium corporis humani deſcriptione, ubi inter alia, peritonæum nullis foraminulis pertuſum eſſe affirmat.
Pag. 187. Lib. 2. De Elementis.
Pag. 224. Lib. 3. De Temperamentis.
Pag. 269. Lib. 4. De Spiritibus & Calido Innato.
Pag. 320. Lib. 5. De Animæ Facultatibus.
Pag. 427. Lib. 6. De Functionibus & Humoribus.
Pag. 561. Lib. 7. De hominis procreatione atque ſemine.

*Lutetiæ*, 1554. *Fol. mag. cum titulo ſequente.*

*Joan. Fernelii Medicina, ad Henricum ſecundum Galliarum Regem.* [a]

*Univerſa Medicina, ſive opera Medicinalia.*

*Venet.* 1564. 4*to*.
*Lutetiæ*, 1567. *Fol.*
*Francof.* 1592. *Fol.* 1603. 8*vo*. 1607. 8*vo*.
*Hannoviæ*, 1610. *Fol.*
*Pariſ* 1602. *Fol.*
*Lugd Batav.* 1645. 8*vo*. 2 *Vol.*
*Trajecti ad Rhenum*, 1656. 4*to*.

Cum Notis, Obſervationibus, & Remediis ſecretis Joh. & Otton. Heurnii, aliorumque præſtantiſſimorum Medicorum.

*Ge-*

[a] *Joh. Fernel.* Gallicè, 1655. 8*vo*. tom. 3. *à Paris*.



*Genevæ*, 1644. 8*vo*. 1679. *Fol.* 1680. *Fol. pag.* 914.

Operâ Theophili Boneti vulgata.

## JACOBUS SCHEGKIUS

NAtus eſt Shorndorffii, Wittembergico oppido, anno 1511.

Magiſter Philoſophiæ creatus eſt Tubingæ 1529, & paulò poſteà in eadem Academia Profeſſor publicus conſtitutus eſt. Biennio poſt Theologiæ quoque operam dare cœpit, & poſt illud demùm tempus Medicinæ ſtudia amplexus, Doctor Medicus 1539. renuntiatus eſt; anno 1553. de voluntate Principis Wirtembergici Medicinam Tubingæ docere cœpit. Ob. 1586. ætat. 76.

*De animæ principatu Dialogus, Ariſtotelis & Galeni rationes proferens quibus ille Cordi, hic Cerebro principatum attribuit.*

*Tubingæ*, 1542. 8*vo*.

*De primo ſanguificationis Inſtrumento, liber unus.*

*De Calido & Humido liber unus.*

*Argentorati*, 1581. 8*vo*.

*De plaſtica ſeminis facultate, lib. tres.*

*Argentorati*, 1580. 8*vo*.

*Tractationum Phyſicarum & Medicarum tomus unus, 7 libros complectens: Quorum tertius Spiritum qui continetur in ventriculis Cerebri non eſſe animalem ſed vitalem oſtendit.*

*Quartus de Corde & Principatu ipſius.*

*Francof.* 1585. 12*mo*.
——— 1590. 12*mo*.

## ANDREAS VESALIUS

BRuxellenſis. Natus Bruxellis nobili Brabantiæ urbe, an. 1514. Patre homonymo, qui Carolo quinto fuit à pharmacis primarius, familia Veſaliorum ori-

riginem ex Cliviæ civitate Veſalia ducere ſcribitur, & tot continuâ ſerie medicos tuliſſe, ut artem in ea dicere poſſis diu cultam, quò perfecta tandem prodiret.

A teneris liberaliter inſtitutus, & Lovanii Philoſophiâ Peripateticâ imbutus, phyſicis potiſſimum viſus eſt delectari. Prætereà in detegendis animalium Interioribus tanto impetu ferebatur, ut puer etiamnum talpas, glires, interdum etiam canes atque feles diſſecare, earumque exta rimari ſolebat; imo eò uſque proceſſit rei Anatomicæ cognoſcendi deſiderium, ut ob oſſa mediâ nocte ex palo ſumpta (magnâ cadaverum premente penuriâ) ad Sceleton parandum, Lovanio excluſus fuerit, ut ipſe teſtatur *libro de radice Chinæ*: Porrò adeò curioſus fuit ſtructuræ corporis humani Indagator, ut in cubiculum, aut è monumentis, ſuppliciiſve publicis data corpora ſeptimanis aliquot aſſervaret, ut in libro prædicto habetur.

Jacobi Sylvii Pariſiis fuit diſcipulus, quem libros Galeni de uſu partium interpretantem audivit, & Anatomica demonſtrantem ſpectavit, ut ex præfatione ad Paraphraſin in nonum librum Rhazis ad Regem Almanſorem dilucidè patet; idem quoque refert in præfatione editionis primæ prægrandis ſui voluminis *de fabrica humani Corporis*, dum teſtatur ſe in brutorum aliquot diſſectionibus ſub celebri & nunquam ſatis laudato viro Jacobo Sylvio verſatum fuiſſe. In editione tamen ſecundâ id elogium delevit, & nullam Sylvii mentonem facit.

Johannem Guinterium Andernacum in medicina ſed non in Anatome præceptoris loco publicis ſcriptis habet libro *de radice Chinæ*; tot enim ſectiones ſibi infligi cupit, quot illum aut in homine aut alio bruto, præterquam in menſa tentantem, vidit. *Hæc tamen apertè diſſident iis quæ Joh. Guinterius de Andrea Veſalio ut ſuo diſcipulo profert.*

Ingenuè etiam profeſſus eſt, ſe Lutetiæ in cæmiterio Innocentium, ubi ingentes oſſium acervi, & in monte Falconis, ubi ſuſpenſorum cadavera deportantur, multa ad Anatomen ſpectantia didiciſſe.

Baſiliæ primùm anatomen docuit, & antequam ab ea diſcederet, corporis humani Sceleton artificiosè à ſe paratum, artis & induſtriæ ſuæ ſpecimen, Academiæ reliquit; quod etiamnum in medicorum auditorio, ut ſcribit Merclinus in Joh. Vander Lind. ibi viſitur.



Poſteà verò an. 1537. à Senatu Veneto ad profeſſionem Medicinæ Chirurgicæ, & Anatomes Patavii evocatus eſt, ubi per ſex annos hanc profeſſionem ſingulari applauſu exercuit. Prætereà in quibuſdam aliis Italiæ Academiis, Bononiæ nempe & Piſis, ubi rogante Coſmo illuſtriſſimo Tuſcorum duce octingentorum coronatorum ſtipendio Anatomen profeſſus eſt, ut ipſe ſcribit libro prædicto *de radice Chinæ*.

Tandem ob ejus nominis celebritatem artiſque præſtantiam, invictiſſimi Caroli quinti Imperatorum Maximi, & eo vitâ defuncto, Philippi Hiſpaniarum regis Archiater conſtitutus eſt. In aula autem auguſta ſumma cum felicitate artem ſuam exercuit, & plures extremè laborantes ſanitati reſtituit.

Aulicæ tandem vitæ pertæſus, viſendæque Paleſtinæ ſtudio ductus, cum Malateſta Armenienſi, terreſtrium copiarum Senatus Veneti duce, Cyprum, indeque Hieroſolymam, adiit. Poſt magno illo Falloppio Patavii vivis erepto, à Senatu prædicto in demortui locum honorificis oblatis ſtipendiis evocatus, dum Italiam verſus adnavigat adverſis ventis ad Zazynthum inſulam delatus, ibique morbo correptus & omni ope deſtitutus, in miſerrimo Tuguriolo inter Barbaros è vita diſceſſit, cùm vix quingeſimum ætatis annum attigiſſet, an. 1564.

Cæterùm itineris illius Paleſtini aliam cauſam aperit Hubertus Languetus in Epiſtola ad Caſp. Peucerum, quod ſc. in cauſam morbi Nobilis cujuſdam Hiſpani quem obiiſſe exiſtimaret, inquirens, petiit à propinquis defuncti, ut ſibi liceret cadaver diſſecare: conceſſum eſt ei quod petebat, cumque pectus aperuiſſet reperit cor adhuc palpitans. Cognati mortui non contenti eum accuſare factæ cædis, accuſant etiam impietatis apud inquiſitionem, exiſtimantes ſe ibi ſeveriorem ultionem conſecuturos; cùm conſtaret de cæde, nec facilè excuſaretur error tam periti Medici; voluit omnino inquiſitio de eo ſumere ſupplicium: Vixque potuit Rex ſuâ autoritate eum tanto periculo eripere. Tandem conceſſus eſt regi pro eo deprecanti, eâ conditione, ut ad expiandum illud ſcelus proficiſceretur Hieroſolymam & ad montem Sinai.

nai. Verùm, ſi ab Hiſpanis acerbiſſimo odio exceptus non fuiſſet, & invidiâ preſſus ob ingentem quâ præditus erat eruditionem, non adeò difficilis eſſet ipſius ex hiſce malis liberatio, ut ipſius regis interveniret autoritas.

Alii verò aliam afferunt cauſam miſerrimi Veſalii fati.

Anatomicus certè fuit conſummatiſſimus, omniumque accuratiſſimè ſcripſit, nihil eorum omittendo quæ ad ſecandi peritiam, partium deſcriptiones, uſusque ſpectant. Anatomen itaque & mutilam & erroribus obſitam adeò felici conatu reſtituit & explevit, ut ante eum rudis quædam & indigeſta moles fuerit, & ut ita dicam inchoata ſolum, ab eo autem perfecta & omnibus numeris abſoluta fuiſſe videatur.

Anno ætatis ſuæ nonniſi 28. in lucem miſit opus admirandum *de humani Corporis fabrica* laboris infiniti, multæ eruditionis, eleganti ſtylo conſcriptum, nec non artificioſiſſimis omnium ligno inciſis Iconibus, per Johan. Calcari, celeberrimi pictoris Titiani diſcipulum delineatis, adornatum, & typis Oporini verè regiis excuſum. Queis ſingula ejus membra ſic exprimuntur, ut oculis etiam ſubjici videantur.

In quem extat hoc Bened. Ariæ Montani Tetraſticon.

*Corporis humani qui membra minuta ſecaret,*
*Veſalio nullus doctior extitit.*
*Hic medicis auxit, pictoribus auxit & artem;*
*Dum ſubit internas quæ latuere vias.*

In operibus ſuis ſummâ arte ac diligentiâ concinnatis innumera Galeni loca explicat, illuſtrat, emendat, & multa ejus errata corrigit, ac plurima à ſe inventa prodit; hoc tamen non obſtante, aliqui non ſolum inter exteros, verùm etiam ſuos illum laceſſere non erubeſcunt, quaſi nihil de ſuo protuliſſet, ſed nitore & decore tantum mutuatitio ſplenderet. Sic enim de illo ſcribit Piccolhominius, vir equidem gravis: *Si mihi aliquando per otium licebit, luculenter monſtrabo quæcunque bona ſcribuntur à Veſalio in magno illo de re Anatomica volumine, omnia ex Hippocrate, Ariſtotele, Galeno, aliiſque antiquioribus eſſe tranſcripta, horum virorum nullâ prorſus factâ mentione, quæcunque verò falſa ab eodem*



*dem ſcribuntur, quæ quamplurima ſunt, ex ſuo furibundo Marte prodiiſſe, & privatim licet multa ſunt quæ à Galeno ſuffuratus eſt, illius tamen nullam unquam mentionem facit, niſi cùm ei quicquid falsò aſcribit ut ſibi reprehendendi occaſionem pariat.*

Notabilis quoque eſt animadverſio Joh. Caii Britanni contra Veſalium. *Habitabant ambo in eodem Hoſpitio Patavii, quo tempore Veſalius ſuos libros* de Corporis humani fabrica *ſcripſit & depinxit. Illi transmiſſæ fuerunt variæ Caſtigationes, ut libros Anatomicos Galeni Græcos & Latinos emendaret, quam ei provinciam commiſerat Aldinus Junta Typographus Venetus, at ipſe magis corrupit textus Galeni, ut haberet quod reprehenderet.*

Falloppius etſi Veſalium parentem rei Anatomicæ proclamet, *illius tamen dogmata ubique ferè infringit.*

*De Veſalio*, inquit Columbus, *non poſſum non ſatis mirari, quo pacto cùm is Galenum nunquam non laceſſat reprehendatque, quod ſimias & bruta non homines ſecuerit, ipſe tamen in hoc ridiculus reprehenſor laryngem, linguam, oculoſque bovinos deſcripſerit ac depinxerit, non autem humanos neque admonuerit: muſculos etiam epiglottidi attribuit: qui in brutis ſolummodò reperiuntur.*

De eo quoque notat Euſtachius, *quod canis renem, loco renis humani deſcripſit atque depinxit.*

Illum communem præceptorem appellat Arantius, in hoc tamen redarguit, *quod brutorum pudendum, ob muliebrium corporum inopiam, delineavit, quo factum eſt ut Valverda & qui ordine ſubſecuti ſunt tranſumpto accepto in eandem foveam inciderint.*

De illo etiam tale judicium profert Joh. Bapt. Carcan. Leon. *Mirum eſt, quî Veſalius, dum Galenum Anatomicorum & Medicorum præſtantiſſimum in multis, quæ proponit falſitatis arguere tentat, ipſe potiùs eodem crimine accuſandus venit, imò quod pejus eſt, hiſce ejus dictionibus, Galeni mentem parum rectè percepiſſe videtur, ei imponens quæ ne per ſomnium quidem cogitavit, eumque ea negâſſe affirmans quæ & abſolutiſſimè & veriſſimè protulit, & cùm Galenum frequenter miratur & reprehendit, ipſe admiratione & reprehenſione dignus eſt.*

*Veſalii dictio*, inquit Riolanus, *ampullata, periodi longiores, rei jam ſatis obſcu-*

*ſcuræ tenebras majores affundunt, propterea ſuſpicor non à medico Veſalio ſed ab alio viro docto, genus iſtud Latini ſermonis profectum, quoniam ejus magna Chirurgia, examen obſervationum Falloppii, & libellus de radice Chinæ, diſſimili ſtylo conſcripta ſunt.* Et ob hanc rationem magnum opus illud non à Tyronibus, ſed in arte provectis evolvendum judicat author.

*Andr. Veſal. Bruxel. ſcholæ medicorum Patavinæ Profeſſ. de humani Corporis fabrica, libri ſeptem.*

*Baſil.* 1543. *Fol. p.* 659.

In epiſtolâ quam unâ cum tabulis ad hoſce libros & ipſorum epitomen paratis ad Joh. Opporinum ex Italia miſit, narrat tabulas Anatomicas ante annos tres Venetiis primùm impreſſas, poſtmodùm miſerè paſſim depravatas, fœdè corruptas, aliisque titulis exornatas, ut fucum emptori facerent, Auguſtæ ſcil. Coloniæ Pariſiis, &c. de quo multis conqueritur, ac occaſionem ſibi parit obnixè rogandi ut quàm integerrimæ ac nitidiſſimæ tabulæ ſuæ ab Opporini operis ſervarentur.

*Andr. Veſal. Bruxel. invictiſſimi Caroli quinti Imperatoris medici de humani, &c. ab Authore recogniti.*

*Ibid.* 1555. *pag.* 824.

De hac Editione obiter notandum quòd literæ typicæ ſunt grandiores, ipſaque ſit multum auctior & caſtigatior. Adde, quòd in hac mitius cum Galeno egerit: de prima autem quod figuræ multò elegantiores, nitidiores & magis diſtinctæ vulgò habeantur, ſed parvo diſcrimine diſtant, me judice.

*Ibidem*, 1563. *reg. fol.*
*Venet.* 1568. *fol. min.*
*Ibidem.* 1604. *fol. p.* 510.

Cui titulus *Veſalii Anatomia huic accedit univerſa antiquorum Anatome tàm oſſium quàm partium externarum & internarum; ex Rufo Epheſio medico antiquiſſimo, tribus tabellis explicata per Fabium Paulinum, ut & fragmentum Sorani de Matrice.*

Sceleti humani très adſunt figuræ, arte verè inimitabili elàboratæ.

Muſculorum figuræ tabulis 14 magnis comprehenduntur.





*Francofurti*, 1604. 1632. 4to.
*Lugd.* 1552. 12*mo. ſine figuris.* 2 *Tom.* Tomus primus de oſſibus, pag. 458, & muſculis pag. 523, agit. Tom. ſecundus de cæteris Anatomiæ partibus.

Magnum ſuum & ſpiſſum volumen de corporis humani fabrica hortatu amicorum, quoniam ab iis non facilè parari poſſet quibus res eſſet domi anguſtior, contraxit in Epitomen, quam quidem ipſe tanti fecit, ut non dubitavit ſereniſſimo principi Philippo Divi Caroli quinti Imperatoris maximi invictiſſimique filio hæredi inſcribere atque etiam offerre, eoque pacto aditum ſibi ad aulam patefecit.

*Suorum de humani corporis fabrica librorum Epitome; cum iconibus elegantiſſimis juxta Germanam authoris delineationem.*

*Baſil.* 1543. *fol. max. reg. Ch.* 13. *Tab.* 11.
*Coloniæ Agrippinæ*, 1600. *fol.* In hac editione tabulæ in ære inciduntur.

Epitome hæc in duas partes diſſecta eſt, altera 6 capitibus complexa ſuccinctiſſimam omnium partium hiſtoriam continet, & altera in undecim tabulis earundem delineationem caracteribus inſignitam proponit.

In Epiſtola nuncupatoria, Patavii data 1542, ultro fatetur *Galenum* in Anatomia procerum facile eſſe primarium, ſimiæ tamen corpus potiùs quàm hominis deſcripſiſſe, ejusque fabricam literato orbi loco alterius obtrudiſſe aſſerit.

Ad marginem nomina partium univerſi corporis Græcè apponit, quæ in cæteris editionibus deſiderantur.

*Figura quæ hic primò occurrit, eſt Muſculorum* 5*ta.*

Cum autem ablatis omnibus Muſculis in anteriori facie videndis reliqui pauciſſimi ſint in hocce ſchemate diviſo ſerrâ, ſterno & ad latus verſo Muſculi colli longi integri, & pſoas magna oculis ſubjiciuntur, oſſibus nudis elegantiſſimè depictis in conſpectum venientibus.
*Fig. ordine ſecunda venarum & arteriarum proponens ſeriem* illam quæ in prægrandi ſuo volumine, pag. 312. habetur longitudine æquat:

cui ab utraque parte appoſitæ figuræ eodem modo depinguntur ut loco citato.

*Fig. ordine tertia quæ eſt Muſculorum 4ta*, omnes in poſteriori corporis parte ſub illis qui ſecundæ fig. ſiniſtro latere exprimuntur reconditos proponit Muſculos dextro quidem latere eos qui primum occurrunt, ſiniſtro autem qui ſub ipſis conduntur.

*Fig. 4ta, quæ eſt Muſculorum tertia*, Muſculos, illis, quos prima & ſecunda ſiniſtris lateribus referebant, proximè ſuccumbentes dextro lateri in anteriori facie proponit: & ſiniſtro, illos qui dextri lateris ſubſunt Muſculis præter linguæ & laryngis Muſculos humi poſitos.

*Fig. 5. Muſculorum ſecunda* poſteriora corporis ita proponit, ut in dextro latere Muſculos oſtendat cuti ſubtenſos, in ſiniſtro autem eos, qui illis ſectionis ſerie ſubjiciuntur.

*Fig. 6ta. Muſculorum prima Muſculos in anteriori facie ita exhibet* ut in dextro latere, Muſculi mox ſub cute reconditi; in ſiniſtro autem illis reſectis obvii ſunt qui in dextro latere apparentibus proximè ſuccumbunt, viſui offerantur.

*Fig. 7ma. Oſſa ſceleti ex latere exhibens eſt* illa, quæ ordine ſecunda eſt in magno ſuo opere.

*Fig. 8va, & 9na, corporis virilis muliebriſque ſuperficiem exprimunt cum externarum humani corporis partium citra diſſectionem occurrentis appellationibus à latere annexis.*

Fig. *decima* à ſecunda in hoc ſolum differt, quod illa uterum cum ſuis teſtibus vaſiſque exhibeat.

Fig. *undecima omnium arteriarum, venarum, nervorumque delineationem continet.*

N. B. Muſculorum figuras quinque tabulis compreheniſas, unà cum cæteris, ſceleto excepto digitos ferè 17. longitudine æquare, cùm in opere magno 13 digitos parum excedant.

*Prolixius forſan quam par eſt figuræ hæ Veſalianæ hic deſcriptæ habentur; verùm cum liber ille perrarò venalis proſtet, ac artificium admiratione ac imitatione dignum occurrat in Muſculis ſub aliis reconditis delineandis, &c. lectorem id mihi vitio non verſurum ſpero.*



*Pariſ.* 1560. *8vo.*

*Witteberga*, 1582. *8vo. ſine fig.*

Epitome hæc in lucem prodiit opera variorum virorum, ſcil.

*Thomæ Gemini*, *Londini.*
*Jacobi Grævini*, *Pariſiis.*
*Nicolai Fontani*, *Amſtelodami.* *

De triplici hac editione id obiter notari volo, quod figuræ ſint æri inciſæ, neque illæ ſint quæ epitomen ipſam exornant, ſed ex libris ipſis mutuantur.

Extat etiam apud Chriſtophorum Plantinum. *Antverpiæ.*

Proſperum Borgarutium, in Chirurgia Veſalii magna. *Venetiis.* Et Petrum Pavium, *Leydæ.*



* 1642. *fol.*

a Epitome operum *Veſalii* extat etiam, cum figuris & ſine, fig. *Pariſ.* apud Wechelium, 1560. *8vo.*

Jacob. Bumannus, Chirurgus Tigurinus, edidit Germanicâ linguâ Compendium Anatomiæ *Veſalii*, cum elegantiſſimis typis ære ſculptis, *Norimbergæ*, 1551.

Porrò *Veſalius* aliud ab eo quod hactenus publicatum eſt anatomicum opus pollicitus eſt, in quo monſtroſa ſolùm, & quæ in diuturnis & abditis morbis per ſectionem occurrerunt, quæ rariſſimè accidunt, & præter naturam ſe habere comperiuntur, pertractare conſtituit, quodque diſſectorum à ſe hiſtorias contineret ad morborum cognitionem, totiuſque artis medicæ tractationem utiliſſimum futurum, ut apparet *Cap.* 5. *Lib.* 1. & *Cap.* 9. & 14. *Lib.* 5. aliiſque magni ſui voluminis libris. Idem de fœtûs Formatione & quæ eo ſpectant, librum ſeorſim ſcribendum promiſit *Cap.* 17. *Lib.* 5. ſuæ Fabricæ. Hunc librum, regum theſauris præferendum, in Hiſpania latere veroſimile eſt, ut ſuſpicatur *Johannes Schenkius* in præfatione Obſervationum medicinalium.

Suorum de humani corporis fabricæ librorum Epitome, cum iconibus elegantiſſimis, juxta germanam authoris delineationem artificioſè jampridem ex ære expreſſis: additis unicuique notis & indicibus alphabeticis; quibus Philoſophiæ ac Medicinæ ſtudioſi ad facilem & abſolutam Anatomes cognitionem tanquam manu ducantur. Opus perinſigne, nunc primùm in Ger-

Dominus Tortebat, pictor regius, figuras Oſſium & Muſculorum, ex Veſalio, explicationibus decoratas edidit *Pariſiis*, an. 1668.

Et ego nuper figuras tres, corpus muſculorum, tres, ſceleton, ac duas alias, partes exteriores exhibentes in lucem miſi addita explicatione, ipſi tabulæ inciſa.

*Epiſtola Andr. Veſalii medici Cæſarii rationem modumque propinandi radicis Chinæ decoctum quo nuper invictiſſimus Carolus Quintus imperator uſus eſt, & præter alia quædam epiſtolæ cujusdam ad Jacobum Sylvium ſententiam recenſens veritatis, ac potiſſimum humanæ figuræ ſtudioſis perutilem: quum qui hacte-*

Germania renatum, hâcque formâ emendatiſſimè editum *Coloniæ Agrippinæ*, Typis *Steph. Hemmerden*, 1600. *fol.*

*Henricus Botterus*, D. ac facultatis medicæ pro tempore Decanus, in Epiſtola dedicatoria hæc de *Veſalio* profert. „Unus „inſtar omnium *Veſalius* tandem „exortus, velut æthereus Sol, „multorum votis ſatisfecit, at„que opus præclarum de huma„ni corporis fabrica inſcriptum, „ſeptemque libris diſtinctum ab„ſolvit, atque in lucem dedit. „Quod ubi primùm prodiit, „dictu mirum quanto plauſu ab „omnibus purioris medicinæ ſec„tatoribus ſit exceptum, quan„tâque aviditate perlectum. Sed „cum id tandem prolixiùs & ex„quiſitiùs judicaretur, quam ut „ab omnibus intelligi, & in „Scholis ad enarrandum propo„ni poſſet, idque *Veſalio* tum „adhuc viventi ſuboleret: quo „omnibus ex æquo conſuleret, „eosque libros ipſimet in ſuc„cinctam Epitomen non grava„tim contraxit, ac magni ope„ris tabulas ſive figuras ſub in„cudem revocavit atque huic „compendio ſubjunxit, ut vel „hinc ſtudioſi αὐτοψίαν quaſi ma„nu ducerentur. Hoc opuſculum „jam anteà alibi excuſum, & „non ſine fructu multorum hac„tenùs uſurpatum, diſtractis „jam magna ex parte ſuperio„rum editionum exemplaribus, „hæredes Hogenbergani apud „nos, iterum in gratiam ſtudio„ſorum ſuſceperunt recudendum.

Hæc ipſa editio ſequentis tantùm tituli additione *à Janſſonio* divulgatur, *viz. Anatomia viri in hoc genere principis* Andr. Veſalii, *Bruxel. in qua tota humani corporis fabrica, iconibus elegantiſſimis, juxta genuinam Auctoris delineationem æri inciſis, lectori ab oculos ponitur, additis,* &c. *ut in priori*, opus perinſigne & utiliſſimum nunc primum quam emendatiſſimè editum. *Amſtelodami*, excudebat *Joannes Janſſonius*, 1617. *fol.*



*hactenus in illa nimium Galeno creditum ſit facilè commonſtret.*

*Baſil.* 1546. *Fol. min. pag.* 204.

*Lugduni*, 1547. *16mo. pag.* 290.

Sub hoc titulo contractiori:

*Radicis Chinæ uſus Andrea Veſalio authore.*

Hæc epiſtola ſcripta fuit ab authore ad Joachimum Roelandts, medicum apud Mechlinenſes primarium, *Ratisbonæ*, idibus Junii 1546. Edita verò a fratre ſuo Franciſco Veſalio, in qua à pag. ſcil. 41. ad finem multa inveniuntur Anatomica, etſi titulus ea non promittat.

Scopus authoris in ea concinnanda eſt, primò, Anatomica ſua ſcripta propugnare, deinde & demonſtrare rationibus atque conjecturis a deſcriptione omnium ferè partium Galenum homines nunquam ſecuiſſe, ſed aliorum animalium hiſtoriam hominis loco docere, quem quoque acerbiùs juſtò perſtringit.

Id quoque obſervatu dignum eſt quod ad calcem hujus epiſtolæ Anglum quendam acriter reprehendit eo quod figuras ejus turpiſſimè imminutas, æri licet inciſas, adeò corruperit, & maſè expreſſerit, ut pudeat aliquem arbitrari à ſe ita exiiſſe. Epiſtolæ editor plagiarium hunc aliquando fratri ſuo convixiſſe dicit.

*Veroſimile eſt per hunc* autorem *intelligere Thomam Gemini* de quo fuſiùs poſteà.

*Anatomicarum Gabrielis Falloppii obſervationum examen.*

*Venetiis*, 1564. *4to. p.* 171.

*Epiſtolam ad Lectorem, curriculo vitæ auctoris elucidando inſervientem hic inſerendam duxi.*

QUum And. Veſalius nuper hac Hieroſolymam proficiſcens, in taberna mea libraria ab Auguſtino Gadaldino & Andrea Marino aliisque quibusdam qui unà caſu convenerant præſtantibus medicis ſalutaretur, illi ab ipſo ſunt percunctati, nequid de ſuo Anatomicarum Gabrielis Falloppii obſervationum examine factum eſſet, quod ille Venetorum cuidam oratori ut Patavium perferretur, datum eſſe ab Alexandro Baranzono intel-

lexiſſe ipſis ſignificaverat, Aiebat Veſalius diſcedenti ex Philippi regis aula clariſſimo Paulo Teupulo Veneti Senatus ſingulari ſane ornamento ſuum illud examen datum quidem fuiſſe, verum interea quum ille ob inteſtina Gallorum bella triremiumque abſentiam multis menſibus in Cathalonia hærere cogeretur, & ſerius huc veniret, Falloppium (ut ipſis conſtabat) è vivis diſceſſiſſe, hacque occaſione examen illud à Teupulo hactenus ſervatum eſſe, & ab ipſo facilè obtineri poſſe. Quandoquidem igitur tum illorum qui aderant nonnulli hujus copiam fieri exoptabant, illis viſum fuit omnibus ut id mox à Teupulo receptum mihi primum daretur, egoque id excuſum omnibus communicarem. Quantum vero decoris & augmenti rei anatomicæ ex hoc ocyùs elaborato, ſed diu ſuppreſſo ſcripto accedat, ipſo uſu diſces, promptèque experieris, qui collatis amicè mutuò Anatomen exercitantium ſtudiis, illa adhuc indies increſcere poſſit.

*Venet. May* 24. 1564.

*Hannoviæ*, 1609. 1610, 8*vo. p.* 260. *curante Jeſſenio.*

*Hoc examen Madritii, ex aula regia, Decembris* 27, 1561, *exaratum fuit.*

In hoc examine tantam prodit Veſalius in diſcipulum ſuum teneritudinem, ut licet famam ſuam apud poſteritatem egregiè tueatur, adverſarium tamen ſuum non tam refutâſſe quam juviſſe, imo ad ſimilium obſervationum communicationem ſtimulâſſe (fruſtaneo quamvis effectu obitu Falloppii examinis illius examen præveniente) videtur.

Emendavit etiam Veſalius ac latinitate donavit aliquot Anatomicorum Cl. Galeni librorum nempe de adminiſtrationibus anatomicis, & libros de venarum, arteriarum nervorumque diſſectione.

*Inſtitutiones anatomicas Joh. Guintheri emendatiores edidit & auxit, an. nimirum* 1538.

Librum nonum Rhazis doctè & eleganter ex barbaro & obſcuro ſermone in Latinum vertit & elegantiſſimâ paraphraſi decoravit. *

Scrip-

* *Paraphraſis in nonum Librum Rhazae Medici Arabis Clariſſ.*



Scripſit prætereà Epiſtolam quâ docet venam axillarem dextri cubiti in dolore laterali ſecandam.

*Baſiliæ*, 1539.

Si omnia quæ indefeſſo ſuo labore, ac diligenti inquiſitione, in anatomicis detexerit eximius autor, atque accuratius, quam ab aliis factum ſit, deſcripſerit, hic exſcriberem, non ſolùm quidem opus eſſet arduum ac laboris plenum, verum etiam efficeret, ut opuſculum hoc quod breve volumus, in molem ingentem excreſceret. Id igitur in genere monere ſat puto, ex veteribus neminem illum in oſſibus corporis humani, ac artuum majorum Muſculis, deſcribendis, ſuperâſſe, imo & id addere fas credo, eum ſtudio adeo felici id operis abſolviſſe, ut poſteris nullus fere ſcribendi locus relictus ſit: Ne autem ipſius inventa ſilentio penitus prætereire videar, ex innumeris pauca, loco exempli, venient.

Literis prodidit membraneis quibuſdam vinculis cum oſſium pectinis commiſſura, *virile genitale* connexum eſſe; vinculum hoc à *Caſſerio* fuit delineatum, & nuper à *Cowpero noſtrate* (*quem utinam nobis non invidiſſent fata*) *ligamentum penis ſuſpenſorium* indigitatum.

Duorum *auditus oſſium* primam dilineationem *Veſalio* debemus.

Nervum Opticum non accuratè in oculi centrum inſeri, ſed paulatim ad latus, primus ingredi ſtatuit. Ligamentum etiam femoris *Teres* dictum, non in medio capitis, ſed ad latus magis inſeri vult.

*

F 5 AN-

*riſſ. ad Regem Almanſorem, de affectuum ſingularum corporis partium curatione, Andrea Veſalio Bruxellenſi Autore. Lugduni* 1551. 12*mo.* Dedicatio data 1537.

*Witembergæ*, 1586. 8*vo.*

* In opuſculis Ingraſſiæ, *Venet.* 1568. 4*to.* exſtat Epiſtola Veſalii ad Ingraſſiam, *pro Magni & Illuſtris Terræ novæ ducis fiſtula, ex levi axilla in thoracis concavum pervia, & aliis gravibus non paucis affectibus, ob puris ſupra ſeptum transverſum coacervationem, & ineptam per fiſtulam expurgationem, ſubinde provenientibus.* data Madriti 1562.

*Andreæ Veſalii opera omnia Anatomica & Chirurgica, cura Hermanni Boerhaave, & Bernardi Siegfried Albini. Lugdun. Batav.* 1725. *fol.* 2 *Vol.* in his continentur, *de humani corporis fabrica libri ſeptem. Suorum de humani corporis fabrica librorum epitome. Epiſtola rationem modum-*

## ANGELUS FORTIUS.

MEdicus & Aſtrologus inſignis Venetiis.

*De mirabilibus vitæ humanæ naturalia fundamenta.*

*Venet.* 1543. *8vo.*
—— 1555. *8vo.*

In hoc libello, à Malpyghio citato, multa habentur Anatomica.

## PAULUS DIONISIUS

VEronenſis Medicus.

*De materia oculi & ejus partibus verſu Hexametro anno* 1543. *ſcripſit.*

## HIERONYMUS THRIVERIUS,

FLoruit circa an. 1540. Fuit Profeſſor Medicinæ primarius Lovanii, obiit an 1558.

*Super natura partium ſolidarum, cum Ariſtotele & Galeno Diſceptatio.*

*Antverpiæ*, 1543. *8vo.*

GUAL-

*dumque propinandi Radicis Chynæ decocti, quo nuper inviƈtiſſimus Carolus V. Imperator uſus eſt, pertraƈtans: & præter alia quædam, Epiſtolæ cujusdam ad Jacobum Sylvium ſententiam recenſens, veritatis ac potiſſimum humanæ fabricæ ſtudioſis perutilem: quum quî hactenus in illa nimium Galeno creditum ſit, facile commonſtret. Gabrielis Falloppii obſervationes Anatomicæ ad Petrum Mannam Medicum Cremonenſem. Veſalii Anatomicarum Gab. Falloppii obſervationum examen. Gabrielis Cunei, Apologiæ Franciſci Putei pro Galeno in Anatome examen. Veſalii Chirurgia magna, a Proſpero Bongarutio recognita, emendata, ac in lucem edita.* Addita præfatio, *qua & vita Auƈtoris continetur.*



## GUALTERUS HERMENIUS RIFFUS, vel HERMANUS RIIF,

ARgentoratenſis Medicus. Dioſcoridis Explanator. Floruit Moguntiæ circa an. 1539. Germanico Sermone multa opera, præſertim in *Anatome* edidit, quæ partim Argentinæ, partim Francofordiæ circa annum 1543. ſunt excuſa. De obſtreticatu etiam ſcripſit, ubi nonnulla habentur Anatomica. *

## JOHANNES TAGAULTIUS,

AMbianus Vimachus. Medicus Pariſienſis. Patavii vixit an. 1554. Hic Guidonem elegantiori linguâ loquentem fecit, ne quis verò credat, aliam doƈtrinam in ſuis operibus reperiri, ſciendum res eſſe Guidonis verba Johannis.

*De*

* Anno 1541. Argentorati edidit novemdecim Figuras, ut appellat, cum indicibus earum, ſermone Germanico, ſine titulo. Incipit: *Kurtze vorred zu dem gutherzigen Lezer, durch Magiſtrum Gualtherum H. Ryff, Argentinum Medicum.* In præfatione dicit: *Hier hab ich dir gründtlichen und eygentlichen für augen geſtelt des menſchen, oder dein ſelbs warhaftige Anathomi, oder eygentliche und artliche contrefaƈtur oder abmalung aller euſſerlicher und innerlicher, ſichtbarer und unſichtbarer glider und glidſtuk, aus welchen der menſchlich cörper zuſamen geſetzt, mitt kurtzer erklärung irer vilfältigen nutzbarkeyt, würkung und vermögen. --- erſtmals in Teutſcher ſprach beſchriben und an tag geben, vormals bis auff diſe zeyt der geſtalt weder geſehen nog geleſen worden.*

*Gross Chirurgei, oder volkommene Wunaartzenei. Durch Gwaltherum H. Ryff, Argent. Medicum und Chirurgum. Franckfurt am Meyn.* 1559. *fol.* In parte prima tradit brevem deſcriptionem omnium membrorum corporis humani, ad uſum tyronum in Chirurgia.

*De Chirurg. inſtitutione lib.* 5.

*Pariſ.* 1543. *fol.*
*Lugd.* 1547. *8vo.*
*Venet.* 1549. *8vo.*
*Tiguri*, 1555. *fol.* cum aliis Chirurgiæ ſcriptoribus.
*
Gallicè.

*A Paris*, 1629. 8*vo. p.* 738.

Sceleti humani hic tres proſtant figuræ.

*Metaphraſis in Guidonem de Cauliaco.*

*Pariſ.* 1545. 4*to.*

---

## JODOCUS WILLICHIUS,

NAtus Reſelii in Boruſſia, an. 1501. Profeſſor Græcæ linguæ declaratus Francofurti ad Oderam, an. 1524. demúmque an. 1541. eadem in Academia Medicinæ Doct. & unà ejuſdem Profeſſor ſalutatus eſt. Vir ſapientiâ, doctrinâ multiplici, eloquentià & autoritate præſtans. *Academiæ Francofordianæ noſtrâ ætate*, inquit Geſnerus, *ornamentum.* Ob. 1552. æt. 51.

*Commentarius Anatomicus, ſeu diligens omnium partium Corporis Enumeratio.*

*Argentorati*, 1544. 8*vo. pag.* 297.
a

---

## CAROLUS STEPHANUS,

MEdicinæ Doctor, facultatis Medicorum Pariſienſis. Riverii, Chirurgi regii, induſtriâ & operâ adjutus, rebus Anatomicis diligenter operatus eſt juxta Galeni doctrinam tunc temporis ignotam, quam primus ſuo ſeculo utcunque patefecit, atque legendam elegante ſermone propoſuit: quin etiam iconibus ante Veſalium illuſtravit. Nonnullis etiam novis Anatomen locupletavit qualia ſunt apophyſis membranea, intra hepar ad cavæ exortum, ne ſanguis ibidem elaboratus regurgitet. *Primus omnium ſtatuit æſophagum & arteriam magnam per duo delabi foramina, licet ſibi invicem admodum vicina ſecus ac cenſuit Galenus. Membranam carnoſam liquatæ pinguedinis reliquias eſſe demonſtrat; nam ſi pinguedinem ad ignem fundas, videbis membranam craſſam ſupereſſe: Septum ſcroti à Maſſa primùm notatum, accuratè deſcribit, cui quoque nomen diaphragmatis ſeu ſepti imponit.*

Veterum nullius mentionem facit, Galeno excepto, à quo plurima mutuatus eſt.

De Iconibus id in genere obſervandum, quòd non ſolum ſint imperfectæ queiſque ideo minimè fidendum eſt, verùm quòd in gratiam partis alicujus licet exiguæ, reſpectu molis corporis habito, univerſi corporis figuram oculis ſubjiciat.

*De diſſectione partium Corporis humani libri tres, unà cum figuris & inciſionum declarationibus à Stephano Riverio Chirurgo compoſitis.*

*Pariſ.* 1545. *fol. magno*, *p.* 375.

In Præfatione queritur; quòd cum an. 1539. totus ferè liber *typis mandatus fuerit, ob enatam controverſiam ſuppreſſus fuit adeò ut liberum intereà temporis aliis fuerit novas comminiſci ſententias, picturas alias confingere, aut ex hujus libri ſuffuratis, nonnullis tanquam ſuis, ante opus emiſſum, uti.*

Figuris ſex *ſceleti humani* ab anteriori & poſteriori facie deſumptis ornatur. Quarum prima & ſecunda ſolummodò *oſſa*, tertia & quarta *ligamenta notabiliora*, quinta & ſexta *ortum & inſertionem* muſculorum exprimunt.

Adſunt *ſceleti humani* duæ aliæ figuræ, *nervorum* curſum proponentes.

Figuræ duæ corporis anteriorem & poſteriorem faciem ſuis *muſculis* opertam ſpectandam offerunt.

Omnes præterèa *muſculi* ſeorſim delineati habentur.

Occurrit quoque *venæ cavæ & aortæ* ſecundum progreſſus ac diviſiones in eodem corpore delineatio.

Cor-

* In Theſauro Chirurgiæ Uffenbachii, *Francof.* 1610.

a *Jodoc. Willich.* urinarum probationes illuſtratæ, ſcholiis medicis Hieron. Reuſneri Leorin. *Baſil.* 1582. *p.* 340.

Corpus *ſuâ cute* contectum ab anteriori & poſteriori facie depictum cernitur, cum partium exteriorum nominibus latinioribus.

*Partes genitales in mulieribus* octo figuris illuſtravit.

Circa finem libri, à pag. 343. ſingularum corporis partium adminiſtrationem eo more proponit, quem in cadaverum diſſectione plerumque obſervavit.

*Gallico ſermone* prodiit.

*Pariſ.* 1546. *fol. p.* 405.

## THOMAS GEMINI,

Lyſienſis. Chalcographus apud Londinenſes. Artifex hic ingenioſiſſimus cum magna ſui nominis laude figuras Veſalianas primus æri affabrè incidit, duos poſt annos quam ligno in Germania expreſſæ fuerunt. Id tamen eſt illi vitio dandum, quòd nomen Veſalii ſilentio prorsùs premat, propriâque induſtriâ & labore elaboratas affirmet.

Tabulis Anatomicis deſcriptionem omnium corporis humani particularum ex Epitome Veſaliana hauſtam præmittit. Figuras quoque explicatione Veſalienſi decorat, quâ in re auxilio ipſi fuit Dominus Udal, aliique docti, ipſe enim tam linguæ Latinæ & Anglicæ, quàm Anatomices ignarus fuit.

Editio hujus libri trina habetur, quarum primam Latinitate donatam *Henrico octavo*, ſecundam quæ Anglico Idiomate in lucem prodiit *Edvardo ſexto*, & tertiam quæ eâdem linguâ emiſſa fuit, *Eliſabethæ*, Anglorum principibus, inſcripſit.

Franciſcus Veſalius in epiſtola nuncupatoria in librum *de uſu radicis Chinæ*, multùm conqueritur Epitomen librorùm Andreæ Veſalii prorsùs vitiatam ab Anglo quodam (Thomam Gemini ni fallor, intelligit) quem aliquando fratri convixiſſe arbitratur (quod vero quidem ſimile eſt cum apud eum Chalcographum forſitan egerit) ipſumque Epitomen, locis quibuſdam ex libris mutuatis, quos tamen omninò corrupit, adauxiſſe & pictura & ſculptura tam ridiculè ruditerque expreſſa, ut Opporinianæ editionis



nis imaginem nullam ſervaverit, illuſtrâſſe.

*Compendioſa totius Anatomiæ delineatio ære exarata. Per Tho. Geminum.*

*Londini*, 1545. *fol. p.* 140.

Anglicè.

*Londini*, 1553. *fol.*
—— 1559. *fol.*

## JOHANNES GORRÆUS

Natus Lutetiæ, an. 1505. ad ſui ſeculi ornamentum & commune reipublicæ beneficium: medicinæ profeſſor regius, Græcæ Latinæque linguæ, ut & poëſeos peritiſſimus, fœliciſſimus medicarum definitionum explicator, & diligentiſſimus ſcriptorumHippocraticorum illuſtrator & explanator. Obiit Lutetiæ, 1577. æt. ſuæ 72.

*Hippocratis Coi medicorum principis de genitura & natura pueri libellus. Græcè & Latinè, acceſſerunt ejuſdem interpretis annotationes in quibus tota temporum pariendi ratio apertiſſimè explicatur.*

*Pariſiis*, 1545, 1564. *4to pag.* 83.

*Definitionum medicarum lib.* 24. *literis Græcis diſtincti.*

*Lutet. Pariſ.* 1564. *Fol.*
*Francof.* 1578, 1601. *Fol. pag.* 525. ab authore recogniti & aucti acceſſit Index Latino-Græcus.

*Pariſiis*, 1622. *Fol.* à Joh. Gorræo fil. locupletati & cæteris authoris operibus aucti.

*In hoc opere exquiſitiſſimo illuſtrantur & explicantur omnia vocabula Anatomica.*

## LUDOVICUS BUCCAFERREA

Philoſophus Bononienſis, Alex. Achillini diſcipulus, equeſtri honore, & comitis dignitate à Carolo 5to con-

condecoratus fuit. Obiit. 1545. æt. 63.

*Oratio de Principatu Partium Corporis.* *Extat in Apologia Franciſci Putei pro Galeno*, *nec non apud Caſp. Hoffmannum.* In tractatu cui titulus *pro Veritate.*

## THOMAS VICARY.

CIvis & Chirurgus Londinenſis. Chirurgus primarius duobus regibus Anglorum, ſcil. Henrico octavo, 1531, & Edvardo ſexto, & totidem reginis, ſcil. Mariæ & ſereniſſimæ Elizabethæ, nec non in Noſocomio Sancti Bartholomei protochirurgus.

Primus omnium Anatomica Anglico idiomate conſcripſit.

*The English man's Treaſure: or, the true Anatomy of Man's Body.*

*London.* 1548. a

*Ibid.* 1633. Prodiit caſtigatus & auctus operâ chirurgorum prædicto Noſocomio inſervientium in *4to.* pag. 264. Anatomica complectuntur paginis prioribus 58.

## JACOBUS MILICHIUS,

NAtus Fribergæ Briſgoiæ, an. 1501. in academia Friburgenſi ſtudiis primùm operam navavit, & poſteà in Academiam Vianenſem ſe contulit. an. 1524. Wurtembergam venit, ubi in numerum profeſſorum coaptatus fuit. Mathematicas artes diligentiſſimè excoluit, eaſque primus in prædictam Academiam introduxiſſe dicitur. Medicinam quoque multos annos cum fructu docuit. primuſque artem ad fontes Græcos revocavit, & auditores aſſuefecit, ut ſe duce ac interprete doctrinam potiùs ex limpidis autorum fontibus quàm ex interpretum turbidis lacunis haurirent, & eam ita feliciter exercuit, ut etiam principes Anhaltini in adverſa valetudine ſæpius ejus opera uſi fuerint. Ob. 1559. æt. 58.

*Oratio de Studio doctrinæ anatomicæ.*

*Wittebergæ*, 1550. *8vo.*

Extat etiam Tom. II. ſelectarum Declamat. Phil. Melanthon. pag. 385. excuſ. *Baſil.* 1542. Vide Biblioth. Geſneri.

*Oratio de Partibus & Motibus Cordis. Ext. ibid. p.* 291.

*Oratio de Pulmone & Diſcrimine arteriæ tracheæ & æſophagi. Ext. ibid. pag.* 679.

a *Thomas Vicary.* A profitable Treatiſe of the Anatomy of Man's Body, newly revived, corrected, and publiſhed by the Chirurgeons of St. *Bartholomew's* Hoſpital. *London.* 1577. *8vo.* Paginæ non numerantur. Acceſſit ſceleti humani facies anterior ex *Veſalio.* Ibid. 1587. *4to.*



## MATTHÆUS CURTIUS

PApienſis. Natus Ticini, ſeu Paviæ in Italia, medicorum ſuâ tempeſtate facile princeps, qui non ſolum in Gymnaſio patrio; ſed & Patavii, Bononiæ, Florentiæ & Piſis ſumma cum laude medicinam publicè docuit, ſed & feliciſſimè exercuit; unde etiam à Clemente 7mo Pontifice Romam ſæpius vocatus. Obiit Ticini 1544.

*In Mundini Anatomen explicatio.*

*Papiæ*, 1550. *8vo. Chart.* 27.

In prœmio Mundinum omnia ferè ab Ariſtotele & Galeno accepiſſe aſſerit, atque loca unde ſumpſit adnotare, & quæ addidit Mundinus falſa eſſe probare pollicetur.

*De Septimeſtri partu concilium extat inter opuſcula inſcripta* de Doſibus tractationis medicinalis.

*Venetiis*, 1562. *8vo.*

*Matthæi Curtii, Papienſis, medici celeberrimi, in Mundini Anatomen commentarius elegans & doctus.*

*Lugduni*, 1551. *12mo. pag.* 528.

*Ejuſdem Curtii de Muſculis, eorumque partibus, motibus ac diſſectione compendium, à pagina* 531. *ad finem, ſeu* 549.

Epiſtolam huic editioni præfixam, datam Lugduni 1550. Andreæ Veſalio nuncupat Joh. Canappæus, M. D. In qua artis non ſolùm Anatomicæ neceſſitatem ac utilitatem multis deprædicat; ſed etiam ipſum commentatorem, ut medicum omnibus numeris abſolutiſſimum qui non ſuæ modo reipublicæ, ſed etiam univerſo hominum generi laboribus ſuis maximè conſuluit.

## LEONHARTUS FUCHSIUS

Natus Wembdingæ Rhetiæ oppido in ditione ducum Bavariæ 1501, an. 1524. honores doctorios conſecutus eſt Ingolſtadii, quo titulo impetrato ſtatim Monachum commigravit artem medendi factitaturus. Inde Ingolſtadii 1506. rediit, nactus ibi profeſſoris medicinæ Spartam quam cum non niſi biennium ornâſſet, ille utpote cùm per religionem docere integrum non fuit Onoltzbachium ſeceſſit, electus 1528. Marchionis Branderburgii Archiater. Tandem Tubingam vocatus, in ea academia medicinam publicè docuit, & Anatomiam ad vitæ uſque finem exercuit.

Illi in docendi munere famam conciliârunt non ſolùm ſedulitas & diligentia ſingularis, ſed etiam duo alia in docendo maximè neceſſaria, methodus ſcil. & ſermonis perſpicuitas; etenim non tam ordine & modo, quam ſervabat optimo, quam orationis elegantia animos auresque auditorum, ita demulcebat, ut cum faſtidio ipſum audiret nemo.

Ab Imperatore Carolo quinto nobilitatis inſignia & ornamenta ultrò accepit; & à Coſmo Medice, Florentiæ duce, dicto anno 600 coronatorum ſtipendio invitatus, comparere noluit.

Obiit Tubingæ 1566. anno ær. 65.

Jacobus Sylvius in præfatione ſua in depulſionem calumniarum minùs ſplendidè de Fuſchio ſentit, cum hæc inquit, „Abſolviſſem ecce „Epitomen Anatomicam „Fuſchius edidit de vaſta & „vana *Calumniatoris* farragine excerptam, ejusque calumnias retinentem, &c.



*De humani corporis fabrica epitomes pars prima, duos, unum de oſſibus, alterum de Muſculis, libros complectens.*

*Lugduni*, 1551. 8*vo. p.* 338.

*De humani corporis fabrica pars altera.*

*Lugduni*, 1555. 8*vo. Chart.* 159.

*Ubi agit* 1*mo*, *de inſtrumentis nutritioni famulantibus.*

2. *De inſtrumentis propagandæ ſpeciei inſervientibus.*

3. *De cordis ſtructura*, &c.

4. *De cerebri ſtructura*, &c.

In præfatione diſertis verbis fatetur, ſe ex Galeni & Veſalii ſcriptis opus ſuum concinnâſſe, & in libro ſecundo quo Muſculorum traditur hiſtoria, Veſalium per omnia ſecutum ut & ne facti inſimularetur paſſim in marginibus loca unde quævis excerpſerit nominatim expreſſiſſe. Scopum quoque quem ſibi in epitome ſua divulganda propoſuit ingenuè aperit, cum, ſcil. *Galeni & præſertim Veſalii opera prolixiora atque exquiſitiora ſint, ut ab omnibus capi poterint, & in ſcholis proponerentur, epitomen quoque quam conſcripſit Veſalius ſuccinctiorem, quam ut ab iis aſſequi queat, epitomen ſuam ex libris memoratis concinnavit.* Galeni equidem primò acerrimus fuit propugnator, ſed ſimul atque evulgata fuerint opera Veſalii, deſerto illo & mutato clypeo, opus ſuum ad imitationem hujus compoſuit, & hanc ob cauſam à Riolano Veſalii ſimia appellatur.

*



* *Leonharti Fuchſii ſcholæ Tubingenſis Profeſſoris publici, de humani corporis fabrica, ex Galeni & Andreæ Veſalii libris concinnatæ, Epitome, pars prima, duos, &c. Tubingæ* 1551. 8*vo. pars altera, ibid.* Extant etiam in *operibus ejus didacticis ab Auctore ipſo paullo ante mortem ejus, refectis mendis & erroribus perniciosis, recognitis, auctis & locupletatis, luculentiſſimisque annotationibus illuſtratis. Francof.* 1604. *fol.*

## ALBERTUS NOVOCAMPIANUS

ANnotationes in fabricationem hominis à Cicerone lib. 2. De natura Deorum deſcriptam: Item.

*Diſſertatio utrum cor an jecur in formatione Fœtus conſiſtat prius.*

*Cracoviæ*, 1551. 8vo.

## JOHANNES GERSDORF

ARgentinenſis, Chirurgus.

*De Chirurgia & corporis humani anatomiâ liber.*

*Francofurti*, 1551. 8vo.

## BERNHARDINUS MONTANA

DE Monſerat medicus regius.

*De hominis Anatomia.*

*Valleſoleti*, 1551. *Fol.*

## JOACHIMUS CAMERARIUS

PAbepergenſis, natione Germanus. Nat. 1534 Ob. 1598. Vir fuit ſolidè doctus Græcè & Latinè, literis humanioribus & tota prope philoſophiâ. Patriæ ſuæ eximium decus.

*Commentaria utriuſque linguæ Græcæ & Latinæ, ſ.* Διεσχεδὴν ὀνομαστική, *In quibus eſt diligens exquiſitio nominum quibus partes corporis humani appellari ſolent. Additis etiam functionum nomenclaturis & aliis his accidentibus.*

*Baſil.* 1551. *Fol. Colum* 498.





## CÆSAR ODONIUS

BOnonienſis.

*De Urinis.*

Extat in Henrici Martini Anatomia urinæ, 1551.

## JACOBUS SYLVIUS

NAtus Ambiani in Picardia, an. 1478. Johan. Tagoultii diſcipulus. Vir ut doctrina in omni literarum genere Græcè Latinéque excellens, ita judicio & eloquentiâ ſummus, medicus eximius, profeſſor regius, & rei medicæ apud Pariſienſes interpres, in qua academia Anatomen profiteri cœpit, cadavera humana propriâ manu, more Herophili, diſſecando, & non quadrupeda, ut ante eum plerique ſolebânt.

Galeni librum *de Oſſibus*, divino commentario interpretatus eſt: in præfatione cæteros Galeni libros anatomicos commentariis illuſtrare pollicetur.

Calumnias Veſalii *quem Væſanum, ut & in præfatione, literarum imperitiſſimum & arrogantiſſimum appellat*, alio libello reſpondit. Uterque equidem limatiſſimi fuerunt ingenii, & rei anatomicæ decus, ſed ille in calumniando nimis mordax, hic in doctrina Galeni propugnanda nimis acer judicatus eſt: multa ille contra Galenum temerè protulit, ac multorum illum inſimulavit quorum ipſe reus deprehenditur, multa hic dum præceptorem Galenum tuetur abſurda in medium adduxit, dum nihil à Galeno unquam perperam ſcriptum dicat. Summus erat Arabum inimicus. Ob an. 1555. æt. 77.

Poſt ejus obitum edita fuit Iſagoge Anatomica ſolertis ingenii fætura incomparabilis, in qua Muſculorum & Vaſorum omnium ſylvam & confuſionem in exquiſitum ordinem digeſſit, ac propriis nominibus deſignavit, quæ nunc ab omnibus ferè anatomicis retinentur: Iſagogen ſuam poſtrema circum-

litione non expolivit; nam fatorum invidia, & magno reipublicæ medicæ detrimento, tabulas imperfectas manus extinctæ reliquerunt & nullum finem laboribus ſuis impoſuit.

In libró ſuo *de Uſu Partium*, errores Veſalii quem calumniatorem vocat, obiter perſtringit; ejus verò nomen reticet, ſacrum illum ſermonem *ut ipſius utar verbis*, polluere nolens.

Multis novis inventis Anatomen amplificavit, ac nominatim primus omnium detexit *valvulas venarum quas epiphyſes ſ. membraneas epiphyſes appellat, in ore ſcil. venæ azygæ, in vaſis jugularibus, brachialibus, cruralibus ac trunco venæ cavæ ex hepate proſilientis.* Vide lib. 1. c. 4. ſub finem.

Fabricius ab Aquapendente gloriam hujus inventionis ſibi vendicat, verum ille hæc ſolummodò accuratius deſcripſit, ac valvularum nomine ab uſu & ſtructura, quod ab omnibus nunc retinetur, ornavit.

*Muſculum femoris qui quadratus dicitur primus obſervavit, & Muſculis quos quadrigeminos vocat, accenſuit,*

*Muſculi in femore qui rectus appellatur originem accuratè deſcribit.*

*Tendinem plantaris ac palmaris quibusdam deeſſe, & hoc in caſu tendinem à vicinis ſuffici docet.*

Quod admirandum eſt, à præceptore ſuo Galeno in aſſignanda *Muſculi recti abdominis origine* diſcedit.

*Molis carneæ in pedio ad latera digitorum excurrentis, ut & Muſculorum pyramidalium ab oſſe pubis pronatorum quos vocat ſuccenturiatos mentionem facit, primumque eos obſervaſſe meritò dici debet.*

*Glandularum ad primam aſperæ arteriæ diviſionem, nec non duarum ad laryngis radicem & ſubſtantiæ pylori glanduloſæ meminit.*

*Opera medica: jam demum in ſex partes digeſta, caſtigata & indicibus neceſſariis inſtructa. Adjuncta eſt ejusdem vita & Icon. opera & ſtudio Renati Moreau.*

*Coloniæ Allobrogum*, 1630. *Fol, p.* 884.

In his continentur Anatomica ſequentia:

1. *Scholia in commentarios Galeni in Hippocratis librum de natura hominis, pag.* 27.

2. *Commentarius in Galeni librum de oſſibus p.* 54.

3. *In Hippocratis & Galeni phyſiologiæ partem anatomicam Iſagoge, pag.* 80.

4. *In Hippocratis & Galeni libros anatomicos lib.* 3. *p.* 99.

5. *De adminiſtratione anatomica, p.* 127.

6. *De variis corporibus ſecandis obſervata. Inter hæc habetur obſervatio, an.* 1553. *facta.*

7. *Væſani cujuſdam calumniarum, in Hippocratis Galenique rem anatomicam, depulſio, pag.* 159.

8. *Iſagoge breviſſima in libros Galeni de uſu partium corporis humani, pag.* 159.

9. *In tres Galeni libros facultatum naturalium epitome, pag.* 161.

10. *De menſibus mulierum, pag.* 164. *& hominis generatione, pag.* 180.

11. *Diſputatio de partu cujuſdam infantulæ Agennenſis, an ſit Septimeſtris, an novem menſium cum reſponſione illuſtrium medicorum,* viz.

Jul. Cæſ. Scalig.
Joh. Bergii.
Carol. Fortanerii.
Joh. Fernel.
Jacobi Goupyli, &
Guill. Plantii.

Seorſim prodierunt.

*Depulſio Væſani cujuſd.* &c. *an.* 1551.

*Pariſ.* 1561. 8*vo.*
*
*De menſibus mulierum,* &c.

*Venet.* 1556. 8*vo.*

*Baſil. an. eodem. Extat etiam in Gynæciorum libris à Spachio editis, pag.* 148.

*Ordo & ratio ordinis in legendis Hippocratis & Galeni libris.*

*Pariſ.* 1561. 8*vo.*

* Addita etiam eſt Renati Heneri adverſus Jacobi Sylvii depulſionum Anatomicarum calumnias, pro Andrea Veſalio Apologiæ, *Venet.* 1555. 8*vo.*

*Cl. Galeni commentarium in Hippocratis librum de natura humana, de temperamentis, lib. tres, de motu Muſculorum, de uſu partium,* &c. *primùm prodiit.* Impreſſum Pariſiis, 1539.[a]

Quamvis ob editum hoc anno opus prædictum, auctor, inter ſcriptores qui iſto anno inclaruerunt reponendus videatur; illum tamen ad annum 1551, retuli; ob evulgatum tunc librum contra Veſalium, qui inter opera ipſius primas ſibi vendicat.

---

## MICHAEL SERVETUS

HIſpanus. Med. doctor, vir miri ingenii, cujus fœtura tantum famæ parenti in foro medico conciliat, quantum in theologico detrahit, nam contra ineffabile myſterium triunius Dei libros ſeptem in conſpectum publicum emiſit, quorum licet plerique Genevæ, alibique flammis damnati fuerint, aliqui tamen extant etiam in Anglia ubi occurrit locus notatu digniſſimus de circulatione ſanguinis.

Ipſe auctor, inſtigante Calvino, Genevæ ad ignem condemnatus fuit, an. 1553.

*De Trinitatis erroribus, lib. 7.*

*Baſil.* 1531.

*Chriſtianiſmi reſtitutio.*

*Baſiliæ*, 1553.*

In hoc opere, omnes ipſius tractatus Theologici continentur, in quorum quinto, qui de Sancto Spiritu agit, habentur loca illa quæ circulationi ſanguinis ut auctori abundè cognitæ commonſtrandæ conducere videntur.

Tres

a *Jacobii Sylvii* Iſagoge anatomica. *Pariſ.* 1555, 1556, 1587. 8*vo*. *Baſil.* 1556. 16*mo*. *Venet.* 1556. 8*vo*.

* Michel de la Roche in Bibliotheca Anglicana Tom. 1 Part. 2. ſcribit libros de Trinitatis erroribus impreſſos Hagenoæ in Alſatia: Chriſtianiſmi reſtitutionem Viennæ in Delphinatu.



Tres vult eſſe Spiritus in corpore humano, 'Naturalem ſcil. animalem & vitalem, qui verè non ſunt tres ſed duo ſpiritus diſtincti; vitalis eſt ſpiritus, qui per anaſtomoſin ab arteriis communicatur, in quibus dicitur naturalis. Primus ergo eſt ſanguis, cujus ſedes eſt in hepate & corporis venis: Secundus eſt ſpiritus vitalis, cujus ſedes eſt in corde & corporis arteriis: Tertius eſt ſpiritus animalis, cujus ſedes eſt in cerebro & corporis nervis.

'Ut autem intelligatur quomodo ſanguis ſit ipſiſſima vita, priùs cognoſcenda eſt ſubſtantialis generatio ipſius vitalis ſpiritus qui ex aëre inſpirato & ſubtiliſſimo ſanguine componitur & nutritur: Vitalis ſpiritus in ſiniſtro cordis ventriculo ſuam originem habet, juvantibus maximè pulmonibus ad ipſius perfectionem, eſt ſpiritus tenuis, caloris vi elaboratus, flavo colore, igneâ potentiâ, ut ſit quaſi ex puriore ſanguine lucens Vapor, ſubſtantiam continens aquæ, aëris & ignis. Generatur ex facta in pulmone commixione inſpirati aëris cum elaborato ſubtili ſanguine, quem dexter ventriculus ſiniſtro communicat.

'Fit autem communicatio hæc non per parietem cordis mediam, ut vulgò creditur, ſed magno artificio à dextro cordis ventriculo, longo per pulmones ductu, agitatur ſanguis ſubtilis: A pulmonibus præparatur, flavus efficitur, & à vena arterioſa in arteriam venoſam transfunditur; deinde in ipſa arteria venoſa inſpirato aëri miſcetur, & expiratione à fuligine expurgatur: Atque ita tandem à ſiniſtro cordis ventriculo totum mixtum per Diaſtolen attrahitur, apta ſupellex ut fiat ſpiritus vitalis.

'Quod ita per pulmones fiat communicatio & præparatio, docet conjunctio varia & communicatio venæ arterioſæ cum arteria venoſa in pulmonibus.

'Confirmat hoc magnitudo inſignis venæ arterioſæ, quæ nec talis nec tanta facta eſſet, nec tantam à corde ipſo, vim puriſſimi ſanguinis in pulmones emitteret, ob ſolum eorum nutrimentum, nec cor pulmonibus hâc ratione ſerviret, cum præſertim antea in Embryone ſolerent pulmones ipſi aliundè nutriri, ob membranulas ſeu —— cordis uſque ad horum nativitatem, ut docet Galenus.

*Paulo infra*, 'Ille itaque 'ſpiritus vitalis à ſiniſtro cor- 'dis ventriculo in arterias 'totius corporis deinde trans- 'funditur, ita ut quæ tenuior 'eſt ſuperiora petit, ubi ma- 'gis elaboratur, præcipuè 'in plexu retiformi ſub baſi 'cerebri ſito, ubi ex vitali 'fieri incipit animalis, ad 'propriam rationalis animæ 'rationem accedens.

Hæc ſic tranſcripta habentur apud digniſſimum Wottonum, Vide *Wotton's reflections on antient and modern Learning.*

## FERDINANDUS MENA,

Doctor & Medicus Cubicularius, Philippi regis Hiſpaniarum, Complutenſiſque Scholæ Profeſſor.

*Methodus febrium omnium, & earum Symptomatum curatoria. Acceſſit liber de ſeptimeſtri partu.*

*Antverpiæ*, 1568. *4to. p.* 74.

*Librum Galeni de urinis Commentariis auxit & illuſtravit.*

*Compluti*, 1553. *4to.*

## PETRUS BELLONIUS,

Cenomannus, ſive ex Lombardia Lugdunenſi Galliæ Celticæ provincia oriundus, Medicus non literis tantum & præclarâ eruditione nobilis, ſed & perigrinationibus in remotas orbis partes ſuſceptis, rerum exoticarum Indagator ſolertiſſimus.

Claruit circa an. 1564.

*De admirabili operum antiquorum, & rerum ſuſpiciendarum præſtantiâ liber* I.

*De medicato funere ſeu cadavere condito*, &c. *liber* 2.

*De medicamentis nonnullis ſervandi cadaveris vim obtinentibus lib.* 3.

*Pariſ.* 1553. *4to.*

FRAN-



## FRANCISCUS MICHINUS,

De Sancto Archangelo.

*Obſervationes Anatomicæ.*

*Venet.* 1554. *4to.*

*Flos Anatomiæ de perverſis Locationibus aut Fractionibus corporis humani.*

## JACOBUS RUEFF,

Tigurinus, & urbis ejuſdem medicus & chirurgus ſolertiſſimus.

*De conceptu & generatione hominis, & iis quæ circa hæc potiſſimùm conſiderantur, lib* 4.

*Tiguri*, 1554. *4to.* [a]

*Francof.* 1580. *4to. Ch.* 100.

Germanicè circa idem tempus prodiit. [b]

Extat etiam in Gynæciorum libris à Spachio editis. Inſertæ ſunt picturæ variæ fœtûs, primum in utero ſiti, deinde in partu, nec non matricis ejuſdemque partium.

*Lib.* I. *De ſemine, fœtus formatione & membranis.*

*Lib.* 2. *De matrice & ejus partibus.*

## CHRISTOPHORUS à VEGA,

Complutenſis Academiæ Profeſſor; Caroli ſexti medicus à cubiculo. Ob. 1556.

*De Urinis.*

*Compluti*, 1554. *8vo.*

L U-

a *Ch.* 105.

b *Jacob. Ruef. Francof.* 1587. *4to. Ch.* 93. Ultimas haſce editiones priori multò caſtigatiores, additis quibuſdam figuris novis & titulo prolixiori ornatas, imprimi curavit *Sigiſmundus Feirabenius* Bibliopola Francofurdienſis, poſt obitum Authoris.

## LUDOVICUS COLLADO,

VAlentinus, Natione Hiſpanus, publicus artis medicæ Doctor. Veſalii diſcipulus & Sectator juratiſſimus.

*In Galeni librum de oſſibus ad Tyrones enarrationes.* *Valentiæ*, 1555. 8vo. p. 78.

In fine extat

*Oſſium, capitis, foraminum, & ſinuum ad Tyrones brevis deſcriptio*, p. 8.

## RENATUS HENNERUS,

LIndoenſis, Medicus clarus, vixit circa an. 1555.

*Apologia adverſus Jacobi Sylvii depulſionum Anatomicarum calumnias, pro Andrea Veſalio; in qua præcipue totius pene negotii Anatomici cantroverſiæ breviter explicantur.* *

*Venet.* 1555. 8vo.

## JOHANNES LYGÆUS,

MEdicus.

*De humani Corporis harmonia, libri 4. doctiſſimis annotationibus & ſcholiis in phyſiologiæ ſtudioſorum gratiam illuſtrati.*

*Lutetiæ*, 1555. 4to. *Cb.* 36.

Præfatio ad Lectorem data eſt 1554. Barri ad Albulam.

In hoc opere grandiora tantum & capaciora humani corporis membra contemplatur.

In libro primo agitur *de manuum, humero & cubito conſtantium, & extremorum pedum ac crurum conſtitutione.* In libro ſecundo, *Infimi ventris membra nutritioni ſubſervientia deſcribuntur, & obiter de fœtûs formatione, & temporibus pauca.* Libro tertio, *De ventre medio, in quo, Cor, Pulmo, Organa reſpirationis ac vocis, eorumque partes & tegumenta continentur.* Libro quarto, *Supremum ventrem deſcribit, in quo cerebrum collocatur, per nervos in totum corpus ſenſum & motum diffundens.*

* *Additus eſt & ipſe Jacobi Sylvii depulſionum libellus.*



## MATURINUS MONTANUS,

PEtragoricus.

*Genialium dierum Commentarius, in præclarum Julii Pauli reſponſum, lib. 7. de ſtatu hominum, in quibus non ſolùm varietates temporum humani partûs, ſed etiam cauſæ, &c. explicantur.*

*Pariſ.* 1555. 8vo.

## HENRICUS PAXMANNUS,

PRopoſitiones de partibus humani corporis & methodo.

*Witteberga*, 1556. 8vo.

## FRANCISCUS MARTINIUS de CASTRILLO,

COlloquium de dentitione & ordine quo dentes prodeunt.

*Pinciæ*, 1557. 8vo.
*Matrit.* 1570. 8vo.

## JOHANNES BAPTIST. MONTANUS,

NAtus Veronæ an. 1498. Medicinam in diverſis Italiæ urbibus exercuit, ut, Neapoli, Romæ & Patavii, quâ in Academia eam publicè 20 an. docuit. Philoſophus & medicus celeberrimus; artis uſu, docendique ratione exquiſita & methodica incomparabilis. Poëta etiam fuit excellentiſſimus. Ob. 1551. ætat. 63.

*Opuſcula varia ac præclara. Baſiliæ*, 1558. 8*vo*. 1565. 8*vo*.

Quorum priori volumine continentur

*De ſucco melancholico & atra bile.*
*De generatione pituitæ.*
*De coctione & præparatione humorum.*

In volumine ſecundo agit *De Fæcibus & Urinis.*

## JOHANNES LALAMANTIUS,

HEduus.

*De mora partûs in utero* Vide in Galeni libr. de diebus decretoriis commentarios.

*Lugd.* 1599. 4*to*.

*In Hippocratis librum de ſeptimeſtri & octimeſtri partu comment.*

*Genevæ*, 1558. 8*vo*. *

J O-

* *Hippocratis de hominis ætate, ex extremo fine libri de Carnibus: de Septimeſtri: Item de Octimeſtri Partu: Acceſſere Problemata aliquot ab hac tractatione non ita aliena: Joanne Lalamantio apud Heduos Burgundiæ Medico, interprete & enarratore. Genevæ* 1571. 8*vo*.



## JOHANNES VALVERDA,

HAmuſcenus, vel de Hamuſco, Hiſpanus; cui Reald. Columbus præceptor fuit in Anatomicis. M. D. & ampliſſimi Cardinalis & Archiepiſcopi S. Jacobi Medicus.

Ex Italia in Hiſpaniam Anatomes peritiam reportavit, quam libro Hiſpanicè ſcripto ob id expoſuit, quod Veſalii exemplaria Latina extant, in quibus omnia copioſiùs tractantur, & Realdus Columbus ſuam Anatomen Latino Idiomate conſcriptam jam paraſſet, ut patet ex Dedicatione ad Philippum Hiſpaniarum regem. Laude potius dignus eſt, judicio Riolani, ob ſtudium propagandi Anatomen, quàm ob ſcriptionem Anatomicam. De eo enim refert Veſalius, *quod manum ſectioni nunquam adhibuit, & medicinæ uti & primarum diſciplinarum ignarus*; & ſi credimus J. B. Carcano *nihil vidit in Anatomicis, Lippus enim & Luſcioſus fuit ideoque conſpicilia naſo ſemper habebat affixa, & ſolummodo Columbo, qui & male ſecabat, adſtitit.*

Figuras elegantiſſimè ære expreſſas ex Veſalio, ut in præfatione refert, mutuatus eſt, & eodem ordine digeſſit, in quibuſdam tamen variant; arduum enim eſſe fatetur, iis rejectis præſtantiores parare.

Figura prima ſceleti ab illa Veſalii plurimùm differt, ei utcunque pulchritudine & elegantiâ multum cedit.

Figura muſculorum ſecunda in hoc à Veſalii Tabula diſſentit, quòd in hâc appareant muſculi faciei, quodque muſculus faſcialis divulſus ſit, quo manifeſtiores ſint muſculi ſub eo ſiti.

Figura muſculorum quinta à Veſalii Tabula differre dicit, quod in hac muſculi in humano ſolùm corpore inventi depingantur, in illius verò tum ſimiarum tum aliorum brutorum. *Id tamen de abdominis muſculo recto ſolummodo eſt intelligendum, qui nihilominus in epitome operum Veſalii accuratiſſimè, ut in homine eſt, delineatur.*

Figuris *Veſalianis* quatuor novas attexuit.

Qua-

Quarum *prima*, quæ eſt muſculorum prima, ductum & progreſſum fibrarum muſculos anteriora corporis contegentes conſtituentium ſpectandum præbet.

*Linguâ Hiſpanicâ primùm prodiit.*

*Romæ*, 1559. *fol. min.* Ch. 86.

*Secunda* gravidam mulierem.

Italicè.

*Tertia* & *quarta* venas cutaneas per anteriora & poſteriora corporis diſſeminatas exhibent.

*Anatomie del Corpo humano, compoſta per M. Giovanni Valverde di Hamuſco.*

*In Roma*, 1560. *fol.* Ch. 154.

De hiſce figuris minùs præclarè ſentit Archangel. Piccolhom. hiſce verbis. ,Opera naturæ non plenè ,exprimunt, magis enim ,pulchritudinem quam rei ,veritatem oſtentant, earum ,una quælibet tot elementa- ,riis caracteribus conſper- ,gitur, ut in iis perquiren- ,dis & diſcernendis magna ,temporis jactura ſit facien- ,da: In una & eadem tabu- ,la depinguntur oculi & pe- ,des, & aliæ partes diver- ,ſiſſimæ, quas ſuis locis de- ,pingendi ratio eſt.

*In Venet.* 1606. *fol. Dedic alla S. C. B. Maeſta del Re Filippo.*

*Anatomia corporis humani nunc primum a Michaele Columbo Latine reddita, & additis novis aliquot tabulis exornata.*

*Venet.* 1589. *fol. p.* 340.
—— 1607. *fol. p.* 340.

Michael Columbus qui hoc opus latino idiomate donavit, 4 Iconas *muſculorum* non inelegauter & ab aliis differentes ad calcem adjecit.

In hac ultima editione etſi typi prioribus cedant, Icones tamen noviter expreſſæ ac nigriores, licet minus diſtinctæ ac nitidæ, apparent.

FRAN-



## FRANCISCUS VALLESIUS,

Natus Covarruvii in Hiſpania; Regis Hiſpaniarum Philippi Secundi Archiater, & in Academia Complutenſi Medicinæ Profeſſor. Claruit circa an. 1550.

*Lugd.* 1559. *8vo.* I. *De urinis compendiaria tractatio.* II. *De pulſibus libellus.*

*Omnia recens divulgata.*

*Tractatus medicinales.*

*Colon.* 1592, 1594. *fol.*

## REALDUS COLUMBUS

Cremonenſis. Diſcipulus per ſeptennium expertiſſimi Chirurgi Joh. Leonici. Lectionibus etiam publicis Veſalii ſæpe interfuit, quem tamen grati animi affectu minimè proſecutus eſt. An. 1544. Anatomen Patavii primùm profiteri cœpit, cum enim Veſalius abeſſet ac diutiùs in Germania detineretur, ut opus ſuum *de humani corporis fabrica* imprimendum curaret, univerſa ſchola Patavina me, *inquit*, dignum judicavit, quem in Veſalii locum ſufficeret, ac non contemnendo præmio accerſivit. Veroſimilius tamen eſt quod Veſalius Germaniam profectus eſt non libri ſui imprimendi ſolummodò gratiâ, verùm Patavio diſceſſit ad Caroli Imperatoris Miniſterium evocatus.

Piſis Anatomen tractavit an. 1547. & an. 1549. in almo Gymnaſio Romano Profeſſor conſtitutus eſt, ubi in re Anatomicâ decem ante annos laboravit quam librum ſuum ediderit. Bis illius mentionem facit Veſalius, ſcil. cap. 13. lib. I. de corporis humani fabrica, ubi *illum ſibi familiarem dicit*, & *apud Patavinos Sophiſtices profeſſorem, ac Anatomes ſtudioſiſſimum appellat*, quod tamen in ſecunda editione operis ſui expunxit, & in examine obſervationum Fallopii, ubi eum aliter de illo ſentire teſtantur hæc verba, *quem*, ſcil. Columbum, *ci-*

 *tra,*

*tra literas, & cujusquam commentarios Anatomen apud me didiciſſe non paucis conſtat;* cui adſtipulatur Joh. Bapt. Carcannus, Columbus inquit ch. ſcil. 14. lib. 2. de muſculis palpebrarum, *&c.* „Si quid boni & veri „dixit, à Veſalio ſuffuratus „eſt. Primò enim Pharma„copolium exercuit. Neque „huic arti à teneris deditus „fuit, deinde literarum pror„ſus expers fuit; quo fac„tum eſt ut ejus opus quod „vernacula lingua compila„verat ab aliquo uti mihi vi„detur ex ejus phraſi gene„reque dicendi ſuerat trans„latum. Me tamen judice, artifex fuit minime imperitus, illius enim obſervationes ex ipſo corpore humano deſumptæ videntur, Veſalium in partibus quamplurimis deſcribendis erroris meritò inſimulat quas à ſe accuratius deſcriptas jure gloriari poterit: librumque ſuum puriſſima latinitate decoravit.

*De carunculis in vagina muliebri primus diſertè locutus eſt.*

*Duplicaturæ peritonei primus meminit: & Pleuram ubique eſſe duplicem affirmat.*

*Inventionem tunicæ oculi innominatæ ſibi aſſumit, & majores omnes inſcitiæ inſimulabat:* tunicam verò à Galeno ſextam appellatam, hanc ipſam eſſe tunicam cenſeo.

*Tertium auditus oſſiculum ſe primo inveniſſe gloriatur.*

De *Veſalio* affirmat, quod linguam, laryngem, & oculos bovinos, non humanos, non ſolum deſcripſit, ſed in theatris publicis demonſtravit, quorum ipſe fuit autoptes.

*Sicuti Galenus & Veſalius in numero ocularium muſculorum excedunt, ita deficit Columbus, qui quinque tantum ſtatuit.*

Pulmonis uſus ab illo aſſignatus notatu eſt digniſſimus. Sibi enim perſuadet pulmones animantibus in hunc finem eſſe comparatos *ut in iis ſanguis ſpirituſque vitalis præparetur ac generetur.* Exiſtimat enim *ſanguinem in dextro cordis ſinu elaboratione attenuatum per venam arterioſam in pulmones efferri, ubi ob aſſiduum eorum motum agitatur, tenuis redditur, & una cum aëre per nares & os inſpirato, & per aſperæ arteriæ ramulos in univerſum pulmonem delato, miſcetur, qui & ipſe in hac colliſione refractioneque præparatur; ut ſimul mixti ſanguis & aër per arteriæ venalis ramos ſuſcipiantur, tandemque per ipſius truncum ad ſiniſtrum cordis ventriculum deducantur à quo per arteriam aortam, quoquoverſum in omnes corporis partes diſtribuantur.*



*Cùm eadem opinio fusè & dilucidè expoſita extet apud Mich. Servetum conjectandi locus eſt Columbum hæc ab eo hauſiſſe. Quod & diu ante ipſum judicarat Galenus, ubi ait contracto thorace pulſas atque intro compreſſas undique fortiter, quæ in pulmone ſunt venoſas arterias exprimere quidem quam celerrimè qui in ſe ipſis eſt ſpiritum, tranſumere autem per ſubtilia & inviſibilia oſcilla ſanguinis portionem aliquam à vena arterioſa.*

*Realdi Columbi in almo gymnaſio Patavino Anatomici celeberrimi.*

*De re anatomica, lib. xv.*

*Venetiis*, 1559. *Fol. pag.* 269.

*Pariſ.* 1572. 8*vo. pag.* 495.

*Francoff.* 1590. 1593. *pag.* 495. 1599. 8*vo. Tribus hiſce editionibus acceſſerunt Johannis Poſthii, M. D. obſervationes Anatomicæ in Anatomiam Realdi Columbi à pag.* 497. *ad* 519. *ſeu finem.*

*Lugd. Batav.* 1667. 8*vo.*

## GABRIEL FALLOPPIUS

Mutinenſis. Natus Mutinæ in Italia, an. 1490. Phyſicus ac Chirurgus præclariſſimus, medicus ac philoſophus egregius. Solertiſſimus ac diligentiſſimus obſervator quarumque partium humani corporis: naturæ indefeſſus indagator, totam enim ferè Europam peragravit, ut abdita rerum arcana cognoſceret. Vir fuit ingenii acumine pene divino & temperamento corporis valido præditus. In docendo maximè methodicus, in medendo feliciſſimus, in ſecando expeditiſſimus. Piſis Anatomen docere cæpit, an. 1548. & an. 1551. rem anatomi-

tomicam & chirurgicam profeſſus eſt, loco Realdi Columbi quem ſucceſſorem habuit Patavio diſcedens Veſalius, ſubrogatus; ſimplicium etiam lector & horti præfectus conſtitutus eſt.

Artem anatomicam plurimum illuſtravit, multisque novis inventis prioribus ſæculis, incognitis locupletavit, ut egregium illud opus obſervationum abunde teſtatur, à quarum lectione, doctior nunquam non diſceſſi; & ipſo hoc nomine dignas judico ut ab omnibus philanatomicis nocte dieque verſentur. In hiſce enim multa nova & paradoxa eruditiſſimè explicantur, quas eo conſilio (ut ipſe præfatur) edidit ut redarguantur illi qui aliena inventa ſibi arrogant & qui aliorum ſententiis malè intellectis aut perperam explicatis publicè etiam adverſentur.

Commentaria edidit elegantiſſima in librum Galeni de oſſibus, ac breves inſtitutiones anatomicas, quæ tamen ſummam illam eruditionem in obſervationibus expreſſam minimè redolent. E vivis magna ſtudiorum clade diſceſſit an. 1563. æt. 73.

*Muſculos Pyramidales* velut à ſe inventos plurimum extollit atque ab iis veſicam comprimi putat, quod prius fuerat animadverſum à *Galeno* & *Jac. Sylvio.*

Gloriatur ſe primum fuiſſe qui nodum *oribaſii* (ſed verius ipſius *Galeni*) in Italia ſolverit, ſc. de Motu Palpebræ ſuperioris poſt reſectum muſculum orbicularem an. enim 1553. muſculum palpebram ſuperiorem attollentem ſe inveniſſe ait. *Hunc verò nodum ipſe Galenus ſolvit, jam annis experientiiſque gravis, dum commentarios de locis male affectis digeſſit, ut cuique eoſdem legenti manifeſte patebit.*

*Adde, quod Avicenna luculenter hunc muſculum deſcribit lib. 1 ſum. 2. de Muſculis cap.* 5.

Eundem etiam muſculum Reald Columbus in opere ſuo anatomico an. 1559. divulgavit, & acuratiſſimè deſcripſit.

Quanquam meatus illius Seminarii (cujus extremum lacerum valde & attritum eſt, veluti Fimbriæ pannorum attritorum cum foramine amplo) quem *uteri tubam* vocat, primus inventor habeatur, optimè tamen deſcribitur ab Hierophilo & Ruffo Epheſio.

Veræ cervicis nomine eam uteri partem intelligit qu
a



ab orificio interno exporrigitur donec amplificari incipiat uterus.

At totus ille meatus quem ſubit Priapus vocatur ab eo ſinus & pudendum muliebre.

*Obſervationes Anatomicæ.*

*Venet.* 1561. *8vo. Chart.* 29.

*Pariſ.* 1562. *8vo.*

*Helmæſtadii*, 1588. *8vo. Hæc Editio in quinque libros digeſta & illuſtrata à Sigfrido Margoulenſi.* *

In hoc libro etſi paſſim perſtringat errores Veſalii, præclarè tamen de illo ſentit, & divinum ſæpius appellat: *inquit enim*, ubi de Arteriis, *doleo, & mirum in modum doleo, quod divinus Veſalius quem amo, atque uti præceptorem colo, venerorque aliquando dum acrius accuſat Galenum ac alios Anatomicos, ipſe erret.*

*Expoſitio in librum Galeni de Oſſibus, cui acceſſerunt obſervationes de Venis cum aliquot earundem figuris à Franciſco Michino de ſancto Archangelo ejus diſcipulo ex fideliſſimo codice, dum ille ea publicè profiteretur deſcripta fuerunt in gymnaſio Patavino.*

*Venet,* 1570. *4to. Chart.* 76.

*Lectiones de partibus ſimilaribus humani corporis ex diverſis exemplaribus à Volch. Coitero collectæ.*

*Noribergæ*, 1575. *Fol.*

*De humani corporis anatome compendium.*

*Patavii* 1585. *8vo.*

*Venet.* 1571.

*Omnia, quæ adhuc extant opera in unum congeſta & in medicinæ ſtudioſorum gratiam, nunc primum tali ordine excuſa.*

*Venet.* 1584. *Fol. min. Chart.* 469.

*In hoc volumine à Chart.* 221. *ad Chart.* 333. *Anatomica habentur.*

*Opera omnia in unum congeſta multo accuratius nunc denuo edita. Cui demùm acceſſit tomus ſecundus, ſtudio*



* Additæ etiam operibus Veſalii, *Lugd. Batav.* 1726.

*Joh. Petr. Maphæi D. Chirurgiæ Tarviſini.*

*Francof.* 1600. *Fol. Tom.* 1 *pag.* 749. *Tom.* 2. *p.* 344.

*Obſervationes Anatomicæ, pag.* 354.

*Inſtitutiones Anatomicæ, pag.* 430.

*Expoſitio in librum Galeni de Oſſibus, p.* 464.

*Obſervationes de venis, p.* 531.

*Partes ſimilares à pag.* 96. *ad pag.* 156. Tomi ſecundi.

*Ibid.* 1606. *Cui acceſſit appendix. ſ. Tractatus de Ulceribus, paginas continens* 98. *nunc primum in lucem editus.*

---

## AMBROSIUS PARÆUS

GAllus, chirurgus primarius Henrici quarti Galliarum regis & juratus Pariſiis. Opus ejus Anatomicum quamvis methodicè conditum eum tamen in Anatomicis minus verſatum prodit. Figuræ opus exornantes ſunt ex Veſalio, miſerè tamen depravantur. Muſculi quos *Silvius* ſuccenturiatos, ille, *triangulares pubis* ſeu *acceſſorios* vocat, membranam muſculorum communem primus deſcripſit. Rei chirurgicæ fuit decus, ipſo enim rerum uſu, graviſſimorumque caſuum occurſu edoctus, artem chirurgicam valde locupletavit. ,Interim ſcire oportet, *inquit Johannes van Horn* ,ingens illud volumen quod ,ipſius nomen in fronte, gerit à medicis Pariſienſibus ,elaboratum ac concinnatum ,fuiſſe, amplam exemplorum chirurgicorum ſegetem ſuppeditante Paræo, ,quibus illi formam induxerunt, imo ut in majorem ,molem opus excreſceret ,multa ſuperflua & à chirurgico inſtituto aliena adjunxerint. Profectò melius ,expertus ille vir ſuæ famæ ,conſuluiſſet, ſi ſingulares ,curationes & rariorum affectuum obſervationes, atque remedia infallibili uſu ,& tot annorum experientia ,ipſi comprobata parvo volumine comprehenſa in lucem edidiſſet.

*Ana-*



*Anatomie univerſelle du corps humain; compoſée par Amb. Paré, reveuë & augmentée par le dit auteur, avec J. Boſtaing. chirurgien juré a Paris.*

*A Paris*, 1561. 8*vo. Ch.* 277.

*Opera omnia à Jacobo Guillemeau, elimata novis iconibus elegantiſſimis illuſtrata & latinitate donata.*

*Pariſ.* 1561. 1582. *Fol.*

*Francof.* 1593. 1612. *Fol.*

*Lib.* 2. agit de humani corporis Anatome.

*Lib.* 3. De partibus vitalibus in thorace contentis.

*Lib.* 4. De partibus in capite poſitis.

*Lib.* 5. De muſculis & oſſibus.

*Lib.* 26. De cadaverum embammatis.

*Anglicè. Opera D. Jonſoni.*

*Londini* 1634. *p. Fol.* 1173. 1678. *Fol. p.* 713.

*Ad calcem accedit deſcriptio vaſorum in corpore humano, venarum ſc. arteriarum & nervorum ex Spigelio: una cum figuris ex Veſalio.*

a
*

---

## FRANCISCUS PUTÆUS

VErcellenſis Medicus.

*Apologia in Anatome pro Galeno contra Andr. Veſalium,*

H 4

a *Ambroiſius Paræus* hæc opera *Henrico* III. Galliarum & Poloniæ Regi Chriſtianiſſimo conſecravit, an. 1579. Cui ut & tribus qui eum præceſſerunt regibus chirurgus fuit primarius. Primùm *Pariſ.* prodierunt 1582. *fol. p.* 884.

* *Les Oeuvres d'Ambroiſe Paré, avec les Figures & Pourtraicts, tant de l'Anatomie, que des Inſtruments de Chirurgie, & de pluſieurs Monſtres, à Paris* 1628.

Habentur etiam pleraque in Theſauro Chirurgiæ Uffenbachii, *Franc.* 1610.

*lium, cum præfatione in qua agitur de medicinæ inventione.*

*Venet.* 1562. 8*vo.* *Chart.*

184.

Huic reſpondit Veſalius ipſe ſub ficto nomine Gabrielis Cunæi.

## JOHANNES CARVINUS

MOntis Albani medicus. Floruit an. 1560.

*De ſanguine Dialogi ſeptem.*

*Lugduni*, 1562. 8*vo.*

*Hanoviæ*, 1605. 12*mo.*

## BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS

SAncto Severinas, Italus, philoſophus inſignis. Anatomes in Gymnaſio Romano profeſſor publicus & ampliſſimi Cardinalis Durbuin medicus. In hominum & aliorum animantium corporibus diſſecandis per plures annos ſummo ſtudio ac diligentia fuit exercitatus, figuras quoque accuratiſſimas omnium ferè corporis humani partium æri inciſas paravit an. 1552. quas tabulis 46. comprehenſas publici juris facere, præfatione in opuſcula anatomica, pollicitus eſt (illarum quoque mentionem facit libro *de ſtructura renum*, p. 44.) quod quoque multo prius feciſſet, niſi, ut ipſe refert, *ingraveſcente tum ætate & vehementiſſimum articulorum dolore, quo ſtudia retardantur atque fortunarum ſuarum imbecillitate fuiſſet prohibitus*. Quas tamen hactenus videri mihi non contigit.

Editionem primam tractatûs de renibus figuris fuiſſe auctam & illuſtratam (licet in quibuſdam deſint) non ſolum liquido conſtat ex eo quod id diſertis verbis ſcriptum reliquerit Matth. Pinus Urbanus (cum apertè fateatur, „illarum Bartholo„mæo præter diligentiam „ſumptum, ac ſibi, ut accu„ratè delinearentur, labo„rem deberi.) Verumetiam quod



quod figuræ editioni 2dæ attextæ in theatro anatomico Bauhini habeantur explicatione prorſus fere Euſtachianà. Additus ſolummodo notis characteriſticis quæ in illis deſint. Accedit & id quod ipſe auctor in variis locis earum mentionem facit, & præſertim lib. *de Vena ſine pari*, Syngram. 17. hiſce verbis, „Quotve modis à me „ſit obſervata tabulæ tracta„tioni de renibus annexæ a„pertiſſimè oſtendunt.

*Prima inventio glandularum quæ renibus incumbunt, debetur Euſtachio.*

*Reprehendit Veſalium quod canis renem deſcripſit, pinxit ac diſſecavit loco renis humani, differentiam nequaquam animadvertens.*

*Ductum venarum renalium obliquum eſſe ſtatuit, & non transverſum, ut Veſalius depingit.*

*Canaliculos urinarios, quos pilis tenuiſſimis aſſimilavit*, (à Nicolao Maſſa primò tamen deſcriptos) *elegantiſſima icone exhibuit.*

In examine oſſium ſub finem veram ſtructuram nervi viſorii ut à ſe primò inventam proponit *addit & id* quod aquæ, immerſus in „amplam membranam velu„ti linteum tenuiſſimum ex„plicari atque expandi pote„rit.

De tertio auditus oſſiculo quod ſtapes dicitur hæc ille, „Ego equidem ſcio me „neque edoctum neque mo„nitum ab aliquo, multo „antequam ipſi ſcribant, id „oſſiculum noviſſe, Romæ „non paucis oſtendiſſe, at„que in æs incidendum cu„raſſe.

*Ductum thoracicum*, ſ. viam chyli ad cor primum atque elegantiſſimè deſcribit, *quem in equis venam*, ait, *referre albam inſtructam oſtiolo ſemicirculari intra venam jugularem internam hiante. Vide* de Vena ſine pari Antigram. 13.

*Valvulam orificio venæ in corde coronalis præpoſitam primus omnium obſervavit.*

*Valvulam* (quæ nobilis quibuſdam audit) *in vena cava prope cordis auriculam dextram ut ſuum inventum prædicat* (etſi Jac. Sylvius eam obſervâſſe videatur) *eamque exactiſſimè deſcribit. Vid.* Antigram 11.

Pag. 28. in tractatu de renibus *Glandularum laryngis* meminit.

*Opuſcula anatomica.*

*Venetiis,* 1563. *4to. p.* 418.

Elenchus opuſculorum.

*De renum ſtructura officio & adminiſtratione*, *à pag.* 25. *ad p.* 148.

*De auditûs organis*, *Romæ dat.* 1562. *à p.* 148. *ad p.* 164.

*Oſſium examen*, *à p.* 165. *ad p.* 229.

*De motu capitis, Dat.* 1561. *à pag.* 165. *ad p.* 260.

*De vena quæ azygos dicitur*, *& de alia quæ in flexu brachii communem profundam producit*, *à p.* 262. *ad p.* 323. In præfatione ad hunc tractatum mentionem facit libri de diſſenſionibus anatomicis à ſe ſcripti.

*Libellus de dentibus.*

*Venet.* 1563. *4to, p.* 95,

Epiſtola nuncupatoria data eſt Romæ, an. 1562. Opuſculorum prædictæ editioni accedunt annotationes ex Hippocrate, Ariſtotele, Ruffo Epheſo, Aræteo, Galeno, Veſalio aliiſque authoribus quorum opera ac diligentia in ſcribendo doctiſſimùs author adjutus fuit (omnia enim loca in marginibus ſuorum operis quinternionum ipſe inter ſcribendum annotavit) collectæ & editæ à *Petro Matth. Pino Urbinati*, Euſtachii diſcipulo, ejuſque laborum ſocio, ita enim ab ipſo appellatur.

*Venet.* 1574. *4to.*

*Lugd. Batav.* 1707. *8vo. pag.* 302. *Tractatus de dentibus*, *p.* 98.

*Huic editioni accedunt præfatio Hermanni Boerhaave Proff. Lugd. Batav. & renum ac muſculi Mallei figuræ æneæ ab ipſo auctore delineatæ quæque priori editioni adjunctæ non fuerunt in octo tabulis comprehenſæ. Acceſſit etiam Leal Lealis de partibus ſemen conficientibns in viro. Deſunt autem Annotationes à Pino collectæ.* *

JO-

* *Delphis* 1726.

*Tabulæ anatomicæ clariſſimi viri Bartholomæi Euſtachii, quas e tenebris tandem vindicatas & Sanctiſſimi Domini Clementis* XI.



## JOHANNES CRATO

A Crafftheim. Natus Vratiſlaviæ in Sileſia an. 1519.

Per integrum ſexennium Wittebergæ ſub Martini Lutheri diſciplina Theologiæ operam dedit: tum demùm ad medicinam converſus, quam Vratiſlaviæ imprimis & Auguſtæ vindelicorum tamdiu exercuit, donec Viennam Auſtriæ vocatus, Cæſareus medicus electus eſt, & quidem imperatoris Ferdinandi primi, Maximiliani ſecundi, & Rudolphi ſecundi, idque per an. 26.

Cum autem an. 1585. peſtis Vratiſlaviæ graſſaretur qui fortunis aliquod valebant, ſedibus relictis, urbe ceſſerunt: Cratonem verò affecta valetudo ſic lecto affixum tenebat ut ſe loco movere non poſſet, itaque deſertus à familiaribus ærumnoſius vivere cœpit, ſed venit hoc ipſo tempore fatalis dies, nec epidemio tamen illo morbo correptus periit, ſed Maraſmo extinctus eſt an. 1585. æt. 66.

*Periocha methodica in Galeni libros de elementis*, *natura humana*, *atra bile*, *temperamentis*, *& facultatibus naturalibus.*

*Baſil.* 1563. *8vo.*

## GABRIEL GUNEUS,

MEdiolanenſis, qui Anatomen Mediolani & Ticini docuit.

A-

*Pont. max. munificentia dono acceptas*, *præfatione*, *notisque illuſtravit Jo. Maria Lanciſius Intimus Cubicularius & Archiater Pontificis.*

*Romæ*, 1714. *fol.*
*Amſtelæd.* 1722. *fol.*
*Romæ*, 1728. *fol.*

*Erotiani*, *Græci ſcriptoris vetuſtiſſimi*, *vocum*, *quæ apud Hippocratem ſunt*, *collectio. Cum annotationibus Bartholomæi Euſtachii ſanctoſeverinatis Medici ac Philoſophi. Ejuſdemque Euſtachii libellus de multitudine. Venet.* 1566. *4to.*

*Apologiæ Franciſci Putei, pro Galeno in Anatome, examen.*

*Mediolani* 1563 *dat.*

*Venetiis*, 1564. *4to. pag.* 125.

*

Hunc librum ipſius eſſe Veſalii teſtatur *Hieronimus Cardanus* de propria vita, cap. 48. quod & indicat dictio.

## HENRICUS STEPHANUS,

ILluſtris viri Huldrici Fuggeri Typographus.

*Dictionarium Medicum, vel Expoſitiones vocum medicinalium, ad verbum excerptæ ex Hippocr. Aret. Galen. Oribaſ. Ruf: Epheſ. Aetio. Alex: Trall. Paul: Ægin. Actuar. Corn: Celſ. Cum Latina Interpretatione. Lexica duo in Hippocr. huic Dictionario præfixa ſunt, unum Erotiani, alterum Galeni.*

*Lutetiæ*, 1564. *8vo*, *p.* 608.

Hìc vocabula Anatomica, à prædictis authoribus uſitata, explicantur.

## JACOBUS GREVINUS,

CLaromontanus, Bellovacus medicus Pariſienſis, magni nominis, ingenio & rarâ eruditione præſtans.

*Anatomes totius ære inſculptæ delineatio cui addita eſt Epitome innumeris mendis repurgata, quam de corporis humani fabrica conſcripſit Cl. Andreas Veſalius: Eique acceſſit partium Corporis tùm ſimplicium tùm compoſitarum brevis elucidatio.*

*Lutetiæ Pariſiorum*, 1565. *fol. Ch.* 52.

*Antverpiæ*, 1565. 1572. *fol.*

Andreas Wechelus Typographus Pariſienſis Epiſtolam nuncupatoriam conſcribit, ubi poſtquam Andr: Veſalium laudibus dignis celebrâſſet, & induſtriam, diligentiam, vimque ingenii penetrantiſſimam, prædicâſſet; finem quem ſibi in hoc opere evulgando propoſuit, tandem aperit, quod ſcil. cùm *Tabulæ Veſalii in manus ejus incidiſſent operæ pretium ſe putavit, ſi Epitomen Anatomices quæ ſuperioribus annis exierat multam depravata emendatiorem à doctiſſimo Viro* Jacobo Grævino medico factam & aliquot animadverſionibus auctam excuderet, & tabulas adjungeret quæ ab omnibus expetebantur.

* Additum & Veſalii operibus, *Lugd. Batav.* 1726.



*Les Portraits Anatomiques de toutes les parties du corps humain gravez en Tailedouce par le commendement du feu Henry* VIII. *Roy d'Angleterre, enſemble l'abbregée d'Andrée Veſal, & l'Explication diceux accompagnée d'une declaration Anatomique. par Jaques Grevin de Clermont en Beaunvoiſis Medin à Paris.*

*A Paris* 1569. *fol. p.* 106.

Quamvis Thomæ *Gemini* nec in Præfatione huic editioni præfixâ nec in ipſo libro auctor minimè meminerit, quod tamen tabulæ ex Gemini ſint cuivis apertiſſimum eſt, non ſolùm ex eo quod nullum ſit vitium imò vel lineola prava in tabulis Gemininis, quod in Grævinianis non occurrit (veroſimile autem eſt quod ſi Grævinus, Gemini ſolummodo imitatus eſſet errores ſaltem graviores emendandos curâſſet) verùm etiam quòd in Inſcriptione editionis Gallico ſermone ornatæ diſertè referat Tabulas haſce, mandato Henrici octavi regis Angliæ in vulgus prodidiſſe.

Huic etiam editioni acceſſit Lexicon Anatomicum, quod in priori deſideratur; in quo in gratiam Philanatomicorum non ſolùm vocabula technica Gallicè vertit, verùm etiam plerumque uberiori expoſitione illuſtrat.

## JOHANNNES COSTA & COSTÆUS,

NAtus Laudæ, Galliæ oppido. In Academia Taurinenſi & Bononienſi Medicinæ Profeſſor. Ob. 1603.

De

*De Venarum Meſeraicarum uſu liber.*

*Venetiis*, 1565. 4*to*.

Venas haſce chylum non attrahere, ſed ſanguinem duntaxat ad nutritionem partium inferiorum deferre ſtatuit.

*Diſquiſitionum Phyſiologicarum in primam primi Canonis Avicennæ ſectionem libri ſex.*

*Bononiæ*, 1589. 4*to*. a

*De humani conceptûs, formationis, motûs, & partus tempore.*

*Bononiæ*, 1596. 4*to*. *pag*. 48.
*Papiæ*, 1604. 4*to*. *p*. 48.

*De facili medicina per ſeri & lactis uſum libri tres.*

*Bononiæ*, 1595. 4*to*.
*Papiæ*, 1604. 4*to*. *p*. 121.

*Hic etiam de lactis materia tractatur.*

## JOHANNES HALL,

CHirurgus Londinenſis.

*A very fruitful and neceſſary brief work of Anatomy, or diſſection of the Body of Man, compendiouſly ſhowing the Natures, Forms and Offices of every Member from the Head to the Feet, with a commodious Order of Notes leading and guiding the Chirurgeon's Hand from all Offence and Error in right way of perfect and cunning Operation: compiled in three Treatiſes, more uſeful and profitable than any heretofore in the* English *Tongue publiſhed.*

*Londini*, 1565. 4*to*.*p*.96.

*Extat etiam ad finem Chirurgiæ parvæ Lanfranci, ab eo in Linguam Anglicanam verſæ.*

LEON-

a *Joh. Coſt.* Annotationes in *Avicennæ* canonem, cum novis alicubi obſervationibus, quibus principum Philoſophorum ac Medicorum diſſenſus atque conſenſus indicantur. *Venet.* 1595. *fol.* Hic plurima ad rem anatomicam ſpectantia occurrunt.



## LEONHARDUS BOTALLUS,

AStenſis, quia ex Aſta, civitatę Galliæ Ciſalpinæ, quam Pedemontium vocamus, oriundus. Floruit circa an. 1562.

Mediolani, & in Patavina ac Tycinenſi Academia (in qua donatus fuit Laurea Doctorali) ſub celeberrimis præceptoribus, Cardano, Falloppio, *&c.* ab ipſa pænè adoleſcentia diſciplinam medendi didicit, & omni induſtriâ ſectatus eſt, omnesque medicinæ partes, ſpeciatim verò Chirurgicen, ſub fratris ſui ſecundi Botalli ductu & auſpiciis exercuit.

Poſt innumeras ægrotantium curationes ſummâ diligentiâ & felicitate inſtitutas, tandem in regis Chriſtianiſſimi Caroli noni, Reginæ matris & Franciſci Valleſii Ducis Andium regis fratris aulam venit. Cum hoc poſtremo occaſionem habuit non in Gallia ſolum ſed & in Anglia (quo transvectus eſt dux, matrimonii cum *Elizabetha* regina contrahendi gratiâ) Belgioque, cujus imperium tanquam Brabantiæ dux & Flandriæ comes ſuſceperat, Medicinam exercendi, quæ tam feliciter ipſi ceſſit, ut ſine mendacio de ſeipſo teſtetur, nullum ſibi in medendo ſucceſſum infelicem unquam acccdiſſe.

Primus frequentem Venæſectionem apud Pariſienſes induxit.

Quamvis mirabilem eam quæ in fœtu percipitur, vaſorum cordis communionem venæ, ſcil. cavæ, cum arteria pulmonali, & arteriæ magnæ cum arteria pulmonali, primus omnium diligenter & fusè deſcripſerit Galenus; ille tamen communionem primò commemoratam, ut à nullo antea notatam, & ſub nomine ab officio ei neutiquam commiſſo temerè ſumpto, ſcil. venæ arteriarum nutrice demonſtravit; *per hanc enim ſanguinem arterialem* (ut ipſius utar verbis) *in cordis ventriculum ſiniſtrum, & conſequenter in omnes arterias recto tramite ferri arbitratus eſt.* Ex dictis conſtat non eſſe hoc novum Botalli inventum, minusque eum adæquatè huic vaſi impoſuiſſe nomen nutricis arteriarum; non enim vas hoc in arteriam perfunditur, ſed in ſibi ſimilem venam, neque

que ſanguinem arterialem, ſed ſimpliciter venoſum in cordis ſiniſtrum ventriculum ducit.

Veroſimile equidem eſt quod à prædicta Anaſtomoſi in omnibus pueris & junioribus brutis animantibus, ac forſitan bis terve in adultis obſervata; in hominibus ſemper reperiri arripuit anſam credendi & ſcribendi anaſtomoſin eſſe venam arteriarum nutricem.

*Commentarioli duo; alter de medici, alter de ægroti munere. Hiſce accedit de Catarrho Commentarius*, &c.

*Lugd.* 1565. 16. *pag.* 627.

*Opera omnia medica & chirurgica, edita à Joh. Van Horne.*

*Lugd. Bat.* 1660. *pag.* 800.

Pag. 59. *Obſervationes Anatomicæ.*

Pag. 64. *Habetur figura Renum naturalis.*

Pag. 66. *Obſ.* 3. *Vena arteriarum nutrix à nullo antea notata, ſeu,* ut habetur in 1ma editione, *oſtenditur etiam locus per quem fertur ſanguis in ſiniſtrum ventriculum, nondum antea cognitus* Joh. Van Horn hanc obſervationem figuris duabus cordis in fœtu adornavit.

Pag, 353. *De Catarrho* tractat, *de amygdalis & tonſillis, & de uvula.*

Pag. 259. *De ſternutatione.*

——— 368. *De oſſe cribroſo quædam.*

——— 370. *An pituita generetur in capite.*

——— 382. *De bile, melancholia, & ſanguine.*

——— 431. *Quod fluxiones, quæ partem aliquam infra cervicem torquent, à cerebro non demittantur ut plerique cenſent.*

## CHRISTOPHERUS PECELIUS

PLavenſis.

*Oratio de generatione hominis.*

*Wittebergæ*, 1565. 8vo.

A N-



## ANTONIUS MARIA BETTUS

MUtinenſis.

*De cauſa conjuncta, deque bilis coctione tractatus.*

*Bononiæ*, 1566. 8vo.

## VOLCHERUS COITER

GRoningo-Friſius. Natus 1534. Medicus, chirurgus, anatomicus celeberrimus. Ob. 1600. æt. 66.

Cum naturæ ſtimulo ad medicinam ferretur adeò feliciter in artis ipſius ſtudio & Anatomiæ exercitio per Germaniam, Italiam, Galliam verſatus eſt, ut operam ejus inclyta Norimbergenſium reſpublica honeſto ſtipendio conduxerit. Gallicam expeditionem ſecutus, medicus caſtrenſis factus eſt, ut corporum diſſecandorum occaſione, abſtruſorum morborum abdita & intima, ut ſic dicam, penetralia cognoſceret. Ibi dum agit, vitam, cum artis medicæ & anatomicæ jactura poſuit, circa annum 1576. *ut ſcribit Eyſſonius.*

An. 1565. Cæſar Odon. med. practicæ, in ſchola Bononienſi prof. primarius illi ſplendidam aulam ad anatomiæ adminiſtrationem conceſſit, ubi quamplurima ſecuit corpora humana; in ædibus etiam celeb. Ulyſ. Aldrovandi, promotoris ſui multa animalia diſſecuit, ac multas curationes chirurgicas in ægris & anatomicas ſectiones in mortuis inſtituit.

*De cartilaginibus tabulæ.*

*Bononiæ*, 1566. *fol.*

*Externarum & internarum principalium humani corporis partium tabulæ atque anatomicæ exercitationes obſervationesque variæ, novis diverſis ac artificiociſſimis figuris illuſtratæ. Autore Volch. Coiter, inclytæ reipublicæ Noribergenſis medico phyſico & chirurgo.*

*Norimbergæ*, 1573. *Fol.* *p.* 133.

I Lo-

*Lovanii*, 1653. *Fol.*

In præfatione refert ſe tabulas de humani corporis tum externis partibus tum oſſibus, olim precibus auditorum Bononiæ & Peruſiæ, victum, in lucem miſiſſe: hæc editio mendis non paucis quibus prior contaminata fuit, repurgata prodit, ut & pluribus aucta quorum omnium Elenchus ſequitur.

2. Introductio in Anatomiam Cap. 6to. ,Si quis ar- ,tem anatomicam rectè ad- ,diſcere cupit, primò legat ,libros Galeni de uſu par- ,tium, de Anatomicis admi- ,niſtrationibus, deinde Ve- ,ſalii fabricam corporis hu- ,mani. Tertiò adjungat Fal- ,lop. Quartò Veſalii exa- ,men. Ultimo Euſtachium, ,& ita ad perfectam exquiſi- ,tamque hujus artis cogni- ,tionem pervenire poterit.

2. Tabulæ externarum humani corporis partium, p. 1.

3. Tab. internarum humani corporis partium, p. 16.

4. De ovorum gallinaceorum generationis primo exordio, &c. p. 32.

5. Tabulæ oſſium huma-mani corporis p. 40.

6. Figuræ quatuor ad adulti hominis oſſa pertinentes, cum indice characterum & numerorum figuris adhibitorum, p. 55. nempe ſceleti humani ab anteriori & exteriori parte delineatio ex Veſalio, & baſis Calvariæ humanæ, à parte interna & externa, figuræ binæ, optimè & ad naturalem magnitudinem expreſſæ.

7. Oſſium tum humani fœtus adhuc in utero exiſtentis, vel imperfecti abortus, tum infantis dimidium annum nati brevis hiſtoria & explicatio, p. 57.

*Hic oſſium primam originem incrementum & diſcrimen tenellulorum ac grandiorum oſſa apertè declarat. Puerorum enim ſceleta* Bononiæ *parare eorumque oſſa in ſcholis cum adultorum oſſibus conferre & differentiam eorum anditoribus explicare & demonſtrare ſolebat. Porrò in ſuis ædibus* Bononiæ *demonſtravit abortum qui digiti longitudinem habebat, hominisque integri figuram undequaque exprimebat: alterius etiam meminit quem in ædibus doctoris* Arantii Bononiæ *vidit.*





8 Figuræ 5. infantis ſceleta & oſſa exprimentes, ſc. ſceleton fœtus recens nati; ab anteriori parte; ſceleton fœtus trimeſtris, vel quadrimeſtris, figuræ duæ baſin cranii exprimentes.

*Oſſium infantis hiſtoria ſeparatim ſine figuris extat cum Eyſſonii tractat, de Oſſibus.* Groningæ, 1659.

9. Analogia oſſium humanorum, ſimiæ, & veræ & caudatæ quæ cynocephali ſimilis eſt, atque vulpis, p. 63.

*Pleraque hic ex Galeno & Euſtachio mutuatus eſt, ſuisque quæ tenuia agnoſcit interpoſitis.*

10. Figura ſceleti ſimiæ caudatæ, ea, qua eſt magnitudine; eam adjicere voluit, ut Galenus, qui ſimiarum majori ex parte ſceleta, in ſuis deſcripſit, intelligatur.

11. Tabulæ humanorum oculorum, p. 73.

12. Tractatus de auditus inſtrumento, p. 88.

Cap. 8vo. 'quod Fallop- ,pius vocavit tympanum, ,ex brutorum & ruminan- ,tium præcipuè aure ſump- ,ſit. Siquidem ea meatum ,hunc inſtar mediæ conchæ ,vel tympani Turcici for- ,matum habent. Homines ,toto cœlo â tympano di- ,ſcrepantem formam conſe- ,quuntur. *Quapropter putat hunc meatum, ſeu ſecundam cavitatem potius uſus, quam formæ cauſa, timpanum appellandum. Cavitatem hanc duplicem eſſe ſtatuit:* ,nam ,poſt miringam ſtatim in ſu- ,periori parte ſurſum verſus ,anteriora prodit cavitas pri- ,mò anguſtior deinde ſeſe di- ,latans ad ſuperiora retror- ,ſum tendit, hæc pars ſpon- ,gioſa ac fungoſa eſt. Et ,communicare videtur cum ,proceſſus mammillaris in- ,terno ſpatio.

Cap. 9no. ,Oſſicula au- ,ditus, duo majora præci- ,puè foraminibus ſcatent, ,quæ ſubſtantiâ medullari ,repleta ſunt. Tertium ve- ,rò ob ſui tenuitatem mini- ,mè.

Cap. 10mo. *Muſculos duos auri internæ à quibusdam aſſignari ſcribit, quos tamen non deſcribit.*

*In hoc tractatu de auditu, etſi de ſuo parùm addiderit, nemo tamen ante illum iſtud organum fuſiùs, accuratius*

*ac clariùs tractavit, adde quod quæ obſcurè ab aliis præcipuè à Veſalio, in examine obſervationum Falloppii proponuntur, explicatiora reddidit.*

13. Obſervationum Anatomicarum, chirurgicarumque miſcelanea varia. &c.

Pag. 106. *Cavernas ſeu ſinus duos in oſſe frontis deſcribit.*

P. 109. *Muſculis adfaciem pertinentibus adjicit aliquot alios qui à recentioribus corrugatores dicuntur, rectiùs verò ab uſu principaliori ſuperciliorum depreſſores, quos primus invenit, ac accuratiſſimè deſcripſit, eos tamen nullo nomine donavit.*

P. 109. ,Notabis etiam, *,inquit*, ſub interna labio-
,rum & radicis linguæ cu-
,te, plurimas glandulas car-
,noſas, ſub quibus inve-
,niuntur fibræ à lateribus
,obliquè ſurſum repentes,
,quæ mihi viſæ ſunt, labrum
,inferius introrſum trahere.

*Lectiones Gabrielis Falloppii de partibus ſimilaribus humani corporis ex diverſis exemplaribus ſumma cum diligentia collectæ. His acceſſere diverſorum animalium ſceletorum explicationes, iconibus artificioſis & genuinis illuſtratæ quæ omnia loco appendicis anatomicarum exercitationum prius editarum, anatomiæ & philoſophiæ naturalis ſtudioſis inſervire utiliter poterint.*

*Norimbergæ*, 1575. *Fol.*
Sed paginæ literis numericis non diſtinguuntur.

In epiſtola nuncupatoria ſcribit ſe pollicitum fuiſſe opus de muſculis corporis humani in gratiam chirurgorum artiſque pingendi ac ſtatuariæ ſtudioſorum. Quod quidem inchoavit, ſed ob corporum aptorum defectum, & temporis incommoditatem perficere nequivit.

## ADRIANUS JUNIUS

BElgus. Natus Hornæ, an. 1513. Philoſophus, medicus, hiſtoricus, & poëta inſignis. Vir tum in medendi ſcientia, tum variarum rerum

in



imprimis & linguarum cognitione admirandus; nam præter Græca, Latina & Hebraica, etiam omnes propemodum quarum per Europam uſus eſt, exactè pernovit, ut abunde nomenclator ejus teſtatur.

Peregrinatus eſt per Galliam, Germaniam, Angliam, ubi & medicinam exercuit, & Daniam, ubi factus eſt medicus regius, & med. in academia Haffnienſi profeſſor. In patriam reverſus an. 1554. Harlemi ſedem figit, ubi medicinam cum laude fecit, tandem Harlemo, obſidione illa memorabili expulſus, ad Armuidam juxta Middleburgum ſe contulit, ubi fatali morbo correptus, periit, an. 1575. æt. 63.

*Nomenclator omnium rerum, propria nomina variis linguis explicata, indicans. Agit primo titulo* de homine & partibus humani corporis.

*Pariſiis*, 1567. 8vo.
*Antverpiæ* 1577. 1583. 8vo.
*Francof.* 1596. 8vo.
*Londini*, 1585. 8vo.
*Genevæ*, 1619. 8vo.

## GREGORIUS NYSSENIUS

DE *hominis opificio, interprete Johanne Levenclaio.*

*Baſil.* 1567. 8vo.

Vide Nemeſius.

## HIERONYMUS CARDANUS

NAtus Mediolani an. 1501. Bononiæ fuit medicus & mathematicus inſignis, & pluribus libris editis percelebris Novorum inventione feliciſſimus, plura ſcripſiſſe quam legiſſe, pluraque docuiſſe quam didiciſſe fertur. Obiit Romæ, 1576. æt. ſuæ 75. Eo ipſo anno & die quo ſe prædixerat moriturum.

*In libros Hippocratis de ſeptimeſtri & octimeſtri partu commentarii.*

*Baſil.* 1568. *Fol.*

*De ſubtilitate, lib.* 21.

*Lib.* 12. *de hominis natura & temperamento.*

*Baſil.* 1560. 1582. 8*vo.* 1664. 4*to.*

*Opera omnia.*

*Genevæ*, 1624. *Fol. in* 10. *tom. diggeſta.*

*Lugduni*, 1663. *Fol.*

## LACTANTIUS EUGENIUS

MOntis-Fanenſis.

*De maris & femellæ generatione.*

*Anconæ*, 1568.

## JULIUS CÆSAR ARANTIUS,

NAtus Bononiæ; diſcipulus Veſalii, ut & Bartholomæi Magi Avunculi ſui, qui illum an. 1548. rudimenta Anatomes Bononiæ docuit, ab ineunte ætate cognitionis Anatomices accenſus deſiderio, multa nulli antea comperta, diligenti tractatione animadverſa, hactenus perſpectis adjecit. In Academia Bononienſi medicinæ tandem impetrato titulo, brevi Medicinæ, Chirurgiæ & Anatomes profeſſor publicus conſtitutus eſt an. ſcil. 1556. quam Spartam annos 33 magna cum ſui nominis laude excoluit, donec nempe obiit, an. 1589.

Primus hiſtoriam uteri in gravida muliere accuratiſſimè aperuit, & de fœtûs humani fabrica libellum aureum emiſit, queis poſtea obſervationes quaſdam Anatomicas adjunxit, ad exactiorem cæterarum corporis partium notitiam aſſequendam non parum utiles. Hiſce opuſculis quamplurima continentur inventa haud levis momenti, Anatomen multùm condecorantia.

*De humano fœtu opuſculum.*

*Venet.* 1571.
*Baſil.* 1579. 8*vo. pag.* 99.

Hæc editio à Laurentio Scholzio Sileſio authoris diſcipulo divulgata fuit.

*Ve-*



*Venet.* 1597. 4*to.*

Huic præfationem, & *Anatomicarum obſervationum ſuarum librum adjunxit.*

*Ibidem*, 1595. 4*to. pag.* 119.

Huic editioni acceſſit *liber ejusdem de tumoribus*, &c.

*Liber de humano fœtu extat etiam cum Franc. Plazzon libro de partibus generationis.*

*In capite primo* ultimæ editionis, genuinam *uteri* ſubſtantiam proponit, quod nempe ſit fungoſa, ſpongiæque maximè ſimilis, non tamen ſimplex, ſed in multos cortices fungorum quorundam modo, qui in arboribus naſcuntur facilè diviſibilis, & foraminibus ſpongiarum vel pumicis more pervia.

*Capite tertio*, Vaſa uterina non ſolùm accuratiſſimè deſcribit, ſed etiam arterias ejusdem, venis verè continuari ſtatuit, quod quoque locum obtinere putat in omnibus venis & arteriis univerſæ fabricæ corporis humani famulantibus, quod idem eſt ac ſi cum recentioribus diceret, *venas nihil aliud eſſe quam arterias verſus cor reflexas.*

Arteria ſpermatica & hypogaſtrica, quas ille deſcendentem & aſcendentem vocat, non ſolùm geminatis rivulis, ut illiùs verbis utar, coëunt & continuantur, ſed etiam dextræ partis vaſa uteri cum ſiniſtra commiſcentur.

*Et cap.* 4. *Obſ.* 33. De unione vaſorum in corde fœtûs, fusè & accuratiſſimè pertractat, „Paucos poſt ortum dies hujus foraminis „fit coalitus & unio, quamvis in natu grandioribus, „agglutinationis ejus veſtigium aliquod ſemper retineatur.

Meminit quoque alterius conjunctionis in hepate *portæ* ſcil. cum *cavâ* quæ nunc paſſim *ductus venoſi*, nomine venit.

De ſtructura cerebri multa prodit.

Baſis ventriculorum partem candidam & eminentem, nec non per longitudinem in anteriora verſus frontem protenſam utrinque, *Pedes Hippocampi* à quadam ſimilitudine appellat.

*Ab Obſ. nona ad* 17. incluſivè de fabrica & uſu partium organi auditus perſpicuè & fusè diſſerit.

*Obſ.* 28. Muſculos oculorum ab *oſſe Sphœnoeide* pro-

 na-

naſci dicit, juxta foramen à quo *nervi viſorii* prodeunt. *Obliquus* verò alter ſeu *brevis* à ſutura, vel rima quadam maxillæ ſuperioris oſſa, ab oſſe mali, nimirum diſtinguente, proferri vult.

*Muſculum palpebræ ſuperioris* aperiendæ deſtinatum, & ab oſſe quoque *Sphænoeide* eductum, illi ab anno 1548 perſpectum fuiſſe ſcriptis reliquit.

*Obſ.* 31. Interiorem *laryngis* rimulam primus obſervavit, accuratè deſcripſit, ac *fiſtularum ſciſſuris* non ineptè aſſimilavit.

*Obſ.* 33. Quamvis circulationem ſanguinis apertè non agnoſcit, omnes tamen Objectiones, quæ hypotheſi veterum de tranſudatione per ſeptum ventriculos cordis diſtinguens, *&c.* convellendæ aptæ ſunt, fusè aperit.

*Obſ.* 35. Arteriæ *lienis* ductum obliquum ac flexuoſum, anguis in modum primus obſervavit.

*Obſ.* 36. *Urethræ*, ſ. *canalis* urinæ ac ſemini communis, ſubſtantiam mediam, ejuſdem eſſe cum ipſo pene ſtructuræ, ac diſtendi & flaccеſſere aptam natam, primus omnium in ſcriptis habuit.

*Obſ.* 38. *Muſculum orbicularem* ſinum muliebrem undequaque obvolventem primus notavit. Verùm hoc Jacobo Carpo debetur, quòd totam uteri cervicem ut muſculoſam prior deſcripſerit.

*Obſ.* 40. *Recti abdominis muſculi* originem carnoſam à pube trahunt, quando eorum opercula vel additamenta (*muſculos pyramidales* intelligit) deficiunt.

*Obſ.* 42. *Muſculi bicipitis* portionem, quam à *proceſſu acromio* eductam, & humero inſertam vult Cl. Veſalius, octavum humeri muſculum ſtatuit, qui poſteà apud Riolanum *Coracobrachiæus* inſignitur. Perperam verò à nonnullis *nonus humeri Placentini* appellatur, cùm reverà Arantii ſit inventio.

*Indicatorem* etiam ſeu *indicis Extenſorem* proprium ab omnibus prætermiſſum invenit.

Muſculum digitorum ſecundum (intelligit *flexorem, perforantem* nunc dictum) omnium internodiorum flexionis auctorem ſtatuit, & nequaquam tertii ſolummodò articuli, ut reliqui ante eum ſcripſerunt.

*Obſ.* 43. Muſculi femur circumagentis, quem ordine duodecimum appellat, inventionem ſibi aſſumit.

*Obſ.* 44. Obſervat quoque portionem muſculi femoris primi, i. e. *glutei maximi*,



in tendinem membraneum degenerare, qui ab alio tendine à ſexto tibiæ muſculo, i. e *faſciali* ſeu *membranoſo*, exorto, in communionem excepto, in tibiæ appendicem lateraliter inſertionem validam imprimit.

Hujus communionis ope, doloris coxendicis ſeſe ad exteriorem genu regionem diffundentis rationem tradit.

In elaborato Obſerv. Anat. libello, *Cap.* 36. de ſubſtantia teſticulorum, hæc habet, „Perfectum ſemen ab „innumeris quaſi plantæ cujusdam tenuiſſimis radicibus per teſtium carnem variè diſperſis, quæ quidem „radices capreolorum vitis „in modum convolutæ, & „criſpæ conſpiciuntur, tenuiſſimaque capillamenta „candida & criſpa referunt.

## JOHANNES BAPTISTA CANNANUS,

Ferrarienſis.

*Muſculorum humani corporis picturata diſſectio.*

*Ferrariæ* 1572. 4to.

*Lib.* 1. *Muſculos manuum & brachiorum* continet, ſubtiliſſimis ſanè & pulcherrimis in ære ſculptis figuris. Promittit etiam reliquos libros mox ſe daturum.

*Valvulas in venis* obſervâſſe perhibetur anno 1547. quarum Veſalium certiorem fécit.

## CHRISTOPHERUS PLANTINUS,

Antverpienſis, Architypographus Regis Hiſpaniarum.

Valverdæ tabulas Anatomicas magno artificio ac induſtriâ, deſculpendas, earumque indices ex Italicis Latinos fieri curavit, his præcipuè ductus rationibus; primùm, Quòd hìc ſingula aptiori ordine digeſta ſint; deinde, Quòd multa enucleatiùs expoſita inveniantur, multa etiam feliciùs, ne dicam veriùs, explicata. Libro primo acceſſerunt quatuor tabulæ, præter illas à Veſalio traditas, ſingulorum oſ-

oſſium ſitum, figuram, connexionem, ſuperficiem atque conſtructionem repræſentantes, atque in illis tribus prioribus multa aptiùs hîc quàm apud illum oculis exponuntur: Multa ſimiliter Libro ſecundo, qui de muſculorum diſſectione agit, inveniuntur, quæ Veſalius vel prætermiſit vel neglexit, ut facilè patebit ei qui utrumque opus contulerit, præſertim in Tab. 5. Rurſùs ad organorum generationis, atque etiam nutritionis explicationem, multa ſunt adjuncta, quæ nullus hactenus ediderit. Multa prætereà in ipſa tabularum declaratione ſuccinctiùs occurrent: & verbo, utiliſſimum, inquit, eſt opus, prolixitate nulla moleſtum, neque tamen nimiâ brevitate obſcurum.

*Vivæ imagines partium corporis humani æreis formis expreſſæ.*

*Antverpiæ*, 1572. *fol. min. tab.* 42. *pag.* 172.

Acceſſit *pag.* 129. *Andreæ Veſalii* ſuorum de humani corporis fabrica librorum epitome, nec non *pag.* 157. *Jacobi Grævini* partium corporis tùm ſimplicium tùm compoſitarum brevis elucidatio, & partium omnium corporis differentiæ per eundem. Quatuor retrò annos Belgicè prodierunt ſequente titulo.

*Anatomie of levende beelden van de deelen des Menſchelyken lichaams met de Verclarungen van dien.*

*Antverpen*, 1568. *fol.*

## HIERONYMUS MERCURIALIS,

NAtus Forolivii in Italia 1530. Nacto Patavii Philoſophiæ & Medicinæ doctoris titulo. In Patria tanta cum fama medicinam exercuit, ut Mercurii filius ſalutaretur: Hincque 1569 à ſenatu Veneto Patavium vocatus, principem medicinæ practicæ interpretandi locum ibi obtinuit; & 1583 ab Imperatore Maximiliano ſecundo inde Viennam accerſitus, magnis prœmiis, 300 nempe ducatis, torque aureo totidem ducatorum pretii, duobus equis generoſis, nec non comitis & equitis aurati dignitate, quòd feliciter Imperatorem priſtinæ reſtituerit ſanitati, honoratus eſt. An. 1587. Bononiam ſeceſſit, ibique per aliquot annos profeſſorem egit, conductus annuo ſtipendio 1200 ducatorum: Abhinc tandem an. 1599. contulit ſe Piſas, ubi initio 1200, & an. conſequentibus 2000 aureorum impetrato annuo ſalario medicinam ſimiliter publicè docuit.

Ob. Forolivii, 1606. æt. 76.

*De morbis cutaneis, & omnibus Corporis humani Excrementis, nempe de Urinis, de Fæcibus alvi, de Sudoribus, de Lachrymis, de Sputis, de Mucis, & Sordibus aurium, Lib.* 5. *Opera Pauli Aicardii primùm in lucem editi.*

*Venet.* 1572. *4to.* 1576. *8vo.* 1601, 1625. *4to.*
*Baſil.* 1577. *8vo.*

*Commentarii eruditiſſimi in Hyppocratis Coi prognoſtica*, &c. *ſub titulo prælectionum Piſanarum; quibus acceſſit Tractatus de hominis generatione*, &c.

*Venet.* 1597. *fol.*
*Francof.* 1602. *fol.*

*Hieronymi Mercurialis variarum lectionum in Medicinæ ſcriptoribus, & aliis, libri ſex, ab auctore hûc quoque poſtremâ editione aucti & recogniti.*

*Venet.* 1598. *4to. Ch.* 145.

Ch. 1. *De Æſophago & Stomacho.*
Ch. 24. *De Bile.*
Ch. 34. *De Pulmone.*
Ch. 124. *De Cerebri membranis.*
Ch. 125. *De Dentibus.*
Ch. 139. *De Virginitatis Signo.*

*Ibidem.* 1571. *4to.* 1588. *4to.* 1601. *fol.*
*Baſil.* 1576. *8vo.*
*Pariſ.* 1585.

## CONSTANTIUS VAROLIUS,

BOnonienſis. Philoſophiæ, Chirurgiæ, & Anatomiæ Profeſſor in Academia Bononienſi & Papæ Gregorii XIII. Archiater, Philoſophus ſubtiliſſimus, & vir in omni liberali doctrina perpolitus, & arte corpora incidendi ita præcellens, ut qui ipſi comparari queant per-

perpaucos, qui verò anteferri neminem liceat invenire*; dexterrimus enim fuit diſſectionum adminiſtrator.

Librum Anatomicum concinnavit, qui poſt ejus obitum editus eſt, & alium de *Nervis opticis*, multisque aliis præter communem opinionem in humano corpore obſervatis, qui quidem libellus etſi in quibuſdam mutilus, ex eo tamen apud Anatomicos Varolii Induſtriam commendare debet, quòd quaſdam actiones & uſus novos partium ſupra cæteros excogitavit, ac nonnulla etiam nec vulgata, ne aliis anteà cognita, in apricum producat.

Libellos hoſce quos Cæſari Mediovillano inſcripſerat, ac dono dederat, ipſe auctor dum in vivis typis mandare decreverat, ſed immaturâ & repentinâ morte extinctus præſtare non potuit. Cum autem illorum legendorum copia Joh. Corteſio facta eſſet, ut in lucem apertam emitterentur, dignos cenſuit. Ob. 1575.

*Anatomiæ, ſive de reſolutione Corporis humani libri 4. à Joh. Baptiſta Corteſio nunc primùm editi poſt obitum authoris. Ejuſdem Varolii & Hieronymi Mercurialis de Nervis opticis, nonnulliſque aliis in humano capite obſervatis epiſtolæ cum figuris.*

*Patavii*, 1573. 8vo.
*Francof.* 1591. 8vo. p. 184.

*Valvulam, quæ Coli dicitur*, cap. 3. lib. 3. pag. 70. primus obſervavit, deſcripſitque eleganter hiſce verbis, *Ubi Ilium jungitur Colo, protuberat ex parte interna hujus membrana quædam, quæ eſt ultimus finis Ilii, eouſque producti, quam ego ejusdem Inventor operculum Ilii appello.* Paulò infrà mentionem facit *Appendicis coli veluti ſacculi oblongi, altera ſui extremitate imperforati, quod inteſtinum cæcum appellatur.*

Primus *Cerebrum* in tres partes diviſit, addendo principium *ſpinalis medullæ*, adhuc intra calvariam contentum, & in nervos ſoboleſcens, quorum origo olim à cerebro petebatur.

*Nervus opticus* ex ejus mente exoritur à poſteriori parte *ſpinalis medullæ*, & non ex baſi cerebri in anteriori parte, ut Galeno & aliis placuit.

*Proceſſus tranſverſalis Cerebelli*, ab Inventore *pons Varolii* dicitur.

*Glandulas* in *plexu Choroeide* primus detexit.

Duæ



Duæ adſunt figuræ, quarum prima oſtendit baſin *Cerebri*, duram membranam, originem *ſpinalis medullæ*, ac *nervorum* ſeptem paria, ſecundùm communem ſententiam, & ſecundùm auctorem; & ſecunda, partes cerebri in ſua baſi tùm invicem diſtractas, tùm conjunctas, ventriculos, & quædam alia.

---

## JULIUS JASSOLINUS,

Hipponiata, Philippi Ingraſſiæ diſcipulus, & poſteà Succeſſor in Academia Neapolitana an. 1570. Seculi Epidaurius ſui, & aggreſſionum Anatomicarum peritiſſimus. Obſervationes quasdam edidit, quarum uſura frui cum tandem Riolano contigiſſet; de ipſo tale judicium profert: „Ut quorundam hominum „minuit præſentia famam, „ſic librorum avidè deſideratorum lectio, auctorem „interdum illaudatum & faſtiditum reddit. Libellum quoque de *poris Choledochis*, & *veſicula fellea*, ubi Galeni ſententiam tuetur adverſus *Veſalium & Falloppium*, quem *Philippo Ingraſſiæ* dicavit anno 1577. qui etſi rudi ſtylo ſcriptus, veram tamen *bilis* expurgationem proponit, eum tamen figura nova, opus naturæ verè exprimens, gratiorem reddit quam explicatio: Cui figuræ, aliam *Veſiculæ bilis*, ut à *Veſalio* depingitur, adjicit, quo inter utrumque diſcrimen meliùs pateat.

In Quæſtionibus ſuis Anatomicis *de cordis adipe*, &c. rude & impolitum prodit ingenium, mediocriter in Anatomicis verſatum.

*Queſtiones Anatomicæ, & Oſteologia parva.*

*De Cordis Adipe.*

*De Aqua in Pericardio.*

*Neapoli*, 1573. 8vo. Ch. 56.
*Hanoviæ*, 1654. 4to. p. 68.

*De Pinguedine in genere*, p. 4.

*Pag.* 50. Nominum obſcuriorum paſſim in libro Galeni de oſſibus occurrentium brevis enucleatio.

*Extat etiam cum celeberrim. Anatom. Sever. Jaſolini Cabrolii, variis opuſculis Ana-*

*na-*

*Anatomicis Francofurti impreſſis.*

*Quæſtio tertia de aqua in Pericardio. Adjecimus huic tractatum ſive quæſtionem de poris Choledochis*, &c.

*Neapoli*, 1576. 8*vo.* ſine enumeratione paginarum.

*De poris Choledochis, & veſica fellea pro Galeno adverſus Neotoricos.*

*Neapoli*, 1577. 8*vo. p.* 93.

De bilis generatione nonnulla notatu digna habet. Scribit enim biliosum excrementum ab hepate bifariam expurgari, vel impermixtum, quod eſt tenue & ſincerum à vaſis exilibus inter venæ portæ & cavæ radices in ipſam veſiculam delatum, quod poſtea per ſuam cervicem in jejuni principio effundit, vel permixtum quod eſt craſſum & fæculentum quod ab hepate rectè deducitur in inteſtinum. Figura *veſiculæ felleæ* ejusque vaſorum, nova habetur pag. 71.

## THOMAS TYGEON.

Andegavenſis.

*Antimæologicum, quo demonſtratur, obſtetricibus non eſſe tantum fidendum de Virginitate aut Defloratione mulieris adulteræ teſtimonium ferentibus.*

*Lugduni* 1574. 8*vo.*

Agit de *Alis*, *Clitoride*, *Placenta*, &c.

## JOANNES BAPTISTA CARCANUS LEONIS,

Mediolanenſis. Diſcipulus Falloppii, qui illum domi ſuæ liberaliter excepit, ſibique ſecanti ſemper habebat; & cum an. 25 vix attigiſſet, in locum ſuum Patavii, ut & Anatomen & Medicinæ partem Chirurgicam publicè profiteretur dilectum à magnificentiſſimis Venetis curavit, ad quod munus obeundum niſi mors Falloppium præoccupâſſet jam erat accinctus.



Præter ſequentem Tractatum veram *venæ ſine pari* conſtructionem pertractare promittit, & multa alia, eoque maximè ſi alicunde ſibi fuerit conſultum, quo ſe ſuamque familiolam honeſtè ſuſtentare valeat, hâcque ratione ſtudiis liberè incumbere poſſit.

*Joh. Bapt. Carcani Leonis Anatomen in florentiſſima Ticinenſi Academia publicè profitentis Anatomici libri duo. In quorum altero de cordis vaſorum in fœtu unione pertractatur, oſtenditurque hac in re explicanda, ſolùm Galenum veritatis ſcopum attigiſſe, reliquos omnes Anatomicos lapſos fuiſſe: In altero de muſculis palpebrarum, atque oculorum motibus deſervientibus accuratè diſſeritur.*

*Ticini*, 1574. 8*vo. Lib.* I. *Ch.* 44. 2*dus Ch.* 44.

Per reliquos Anatomicos intelligit *Veſalium*, *Falloppium*, *Columbum*, *Valverdam* & *Arantium*, quorum Opiniones ubique ferè convellit.

In *Canali arterioſo* nullam eſſe membranam quæ foramen claudat, ut *Veſalio* placuit, refert.

Foramen prope orificium *venæ coronalis*, per quod ſanguis tranſit à *vena cava* ad *arteriam venalem*, ovalem inquit præ ſe fert figuram, hinc concludere eſt nomen quo nunc inſignitur, ſcil. *foramen ovale*, ab hac deſcriptione primò deſumptam fuiſſe, cujus uſum prolixo ſermone proſequitur: membranam ejus, pellucidam eſſe vult.

Nullas membranulas ſive valvulas orificio *venæ ſine pari* præpoſitas eſſe aſſerit, ſecus ac cenſuit Amatus Luſitanus qui cent. 1. curationum 57. edita anno 1551. dicit ſe vidiſſe membranulas prædictas Ferrariæ à Joh. Bapt. Canano demonſtratas.

Reprehendit *Columbum Penem* nullis venis nerviſve inſtructum eſſe aſſerentem: Venas enim non ſolùm aſſignat quæ ſubſtantiam ejus ingrediuntur, ſed & alias quæ ſuperficiem ejus perreptant & cutaneas vocat, quas omnes ſimul ſumptas Neotericus quidam magni nominis non ita pridem *venam ipſius penis* appellat.

Chart. 22. & 23. lib. II. agit *de glandulis oculorum & punctis lachrymalibus*, ex quibus, uti addit, in fiſtula lachrymali ſi pars fuerit di-

digito compreſſa exilit pus. Muſculum palpebrarum, *orbicularem* nunc dictum, minimè poſſe in duos diſtingui aſſerit, ut vult Veſalius.

## ANTONIUS MIZALDUS

NAtus Montluconi in Gallia, Ducatus Burbonici oppido. Fuit non ſolùm medicus, ſed etiam philoſophus & mathematicus inſignis. Ob. Lutet. 1578.

*Dendr-anatome, ſeu exploratio corporis arborei, &c. addito ad finem opuſculo.*

*De hominis ſymmetria, proportione, & commenſuratione.*

*Lutetiæ*, 1575. 8vo.

## FRIDERICUS PETRI

SPringenſis.

*De Oculis liber.*

*Lipſiæ*, 1576.

## PETRUS de PERAMATO.

*DE Semine, lib.*

*De Generatione, lib.*

*De Spiritibus, lib.*

*De Conceptu in Partum, liber unus.*

*San Lucar de Barrameda civitate in Andeluſia*, 1576. 1590. 1696. *Fol.*

## JOHANNES VISCHERUS

NAtus Wembdingæ, oppido Rhetiæ, in ditione ducum Bavariæ ſito, an. 1524.

Poſtquam celebriores academias Europæas inviſerat, tandem Bononiam rediens anno 1553. ſummos in medicina honores merito conſecutus eſt. Annoque exacto Ingolſtadienſi academia, libera ipſi in religione conceſſa voluntate, medicinam publicè docere cœpit; ſed non niſi per integrum annum. Norlingam idcirco commigrat, ubi ſex annos medicum ordinarium egit. Poſtea an. 1556. à Marchione Brandenburgenſi Onoltzbachii in aulam fuit evocatus, cui ſexennium fideliter inſerviit, hoc autem relicto officio Tubingæ anno 1568. profeſſionis medicæ munus loco Leonh. Fuſchii ſuſcepit, qua in ſtatione obiit Tubingæ an. 1587. æt. 63.

*Diſputatio de uſu atque officio ſplenis in homine.*

*Tubingæ* 1577. 4to.

*Diſputatio de lactis ejuſque partium natura.*

*Tubingæ*, 1586. 4to.

## DOMINICUS TERELLIUS

LUcenſis.

*De generatione & partu hominis*, libri duo.

*Lugduni*, 1578. 8vo.

## JOHANNES BANISTER

CHirurgiæ magiſter, & in medicina practicus.

John. Baniſter, *Maſter in Surgery, and Practitioner in Phyſick.*

*The Hiſtory of Man ſucked from the Sappe of the moſt approved Anathomiſts in this preſent Age: Compiled in a moſt compendious Forme; and now publiſhed in* English *for the Utility of all Godly Surgeons within this Realm. By*

*London*, 1578. *Fol. Min. Chart.* 112.

Opus hocce duabus figuris ſceleti humani ac totidem partium externarum à Veſalio deſumptis, ſed miſerè depravatis, ornatur.

## FRANCISCUS ULMUS

PIctavienſis. Diſcipulus Laurentii Jouberti. Patricius, ejusdem facultatis medicæ Archiater, & anatomes profeſſor publicus.

*Franciſci Ulmi Pictavienſis, M. D. de Liene libellus.*

*Lutetiæ*, 1578. *8vo. Ch.*27.

Quinque adhuc fuere de lienis uſu opiniones, viz. Hippocratis, Ariſtotelis, Eraſiſtrati, Eraſiſtratiorum, & Galeni, quas omnes fusè citat & convellit.

Ch. 18. agit de tranſitu *ſanguinis arterialis à pulmonibus ad ſiniſtrum cordis ventriculum & aortam per arteriam venalem*, *in hac tamen re Columbo adverſatur.*

Ch. 21. de uſu lienis ita diſſerit; ,Uti varius in hepate, & inexplicabilis arteriolarum & venularum ,implexus, à natura excogitatus eſt ad novæ materiei generationem, ita ſplen ,ex venis & arteriis capillaribus inexplicabiliter contextus præcoquit & præparat novam materiam, ſc. ,ſanguinem arterialem cordi & arteriis, cujus materiam ante traxerat ex ventriculo, puriorem ſc. & ,tenuiorem chyli portionem.

## LEONHARDUS THURNEISERUS

BAſileenſis. Ob. an. 1596.

*Partium omnium humani corporis, ut externarum & internarum picturæ & icones ad vivum artificiosè expreſſæ. Extat cum hiſtoria ejuſdem & deſcriptione plantarum.*

*Berlini*, 1578. *Fol.*

D A-



## DAVID CHYTRÆUS

INgelfingenſis. Suevus. Roſtochii theologiam & bonas literas docuit. Ob. an. 1601.

*Oratio de ſtructura humani corporis, & expreſſis in ea ſapientiæ divinæ & virtutum veſtigiis.*

*Roſtochii*, 1579. *8vo.*

## THOMAS ERASTUS

NAtus Badenæ Helvetiorum, an. 1524. Parentibus tenuis fortunæ. In patria primis literarum rudimentis perceptis Baſileam 1540. conceſſit, ubi ſtudio humanarum literarum, cui præclaram navabat operam, theologiam conjunxit. Creatus poſteà in Italia medicinæ doctor, reverſus eſt in Germaniam, ubi primùm aliquamdiu in aula principum Hennebergenſium vixit: Deinde Fredericus tertius princeps Elector Palatinus honorificè vocavit, illique in antiqua academia, quæ Heidelbergæ floret, medicinam publicè docendi munus, demandavit; quin & Archiatrum & conſiliarium ob prudentiam & vitæ integritatem aſcivit.

Poſteà Baſileam veniens, in academiam cujus alumnus, primis annis Tyrocinii ſui fuerat, poſtremo vitæ ſuæ tempore, docendo illuſtravit.

Obiit. 1583. æt. 83.

*De pinguedinis in animalibus generatione & concretione.*

*Heidelbergæ*, 1580. *4to.* *Extat etiam in libro ſeq.*

*Diſputationum & epiſtolarum medicinalium volumen doctiſſimum nunc recens in lucem editum.*

*Tiguri*, 1595. *4to.*

*Diſputatio* 7. *de Dentibus.*
18. *De Somno.*
19. *De Humoribus ſc. pituita, bile flava*, &c.
20. *De Pinguedine.*

## ANDEAS PLANERUS

NAtus Bozæ in comitatu Tyrolenſi (inſcriptione verò libri Alheſinus appellatur) anno 1546. Ubi primis literarum imbutus rudimentis poſteà Lindavii plenius fuit excultus. Poſtquam autem Tubingæ laurea philoſophica ornatus fuerit, ad medicinæ ſtudium tanta aſſiduitate animum applicavit, ut brevi an. ſc. 1569. medicinæ doctoris titulum conſecutus eſt. Inde Argentoratum evocatus, lectionibus medicis tantiſper præfuit; donec Jacobus Schegkius lectiones ſuas reſignâſſet: an. itaque 1578, Argentorato Tubingam revocatus profeſſionem ejus, ut & philoſophiæ in ſe ſuſcepit, quam functione, fide & induſtria ſingulari vixit, & tandem an. 1607. æt. 61. è vivis exceſſit.

*Diſputatio medica de capite & cerebro hominis ejuſque temperamento.*

*Tubingæ*, 1580. *4to. p.* 16

Hæc autem minus anatomicè perſequitur, quam titulus promittere videtur.

## MATTHÆUS DRESSERIUS

ERphordienſis.

*De partibus humani corporis lib.* II.

*Witteberga*, 1581.

*Francof.* 1584. *8vo.*

*Lipſiæ*, 1593. 1607. 8vo

*

* *Matthæi Dreſſeri, de partibus humani corporis, & animæ potentiis libri duo correcti & aucti denuo. Lipſiæ* 1589.



## ANDREAS HELEPYRUS.

D*E hominis conceptu.* | *Ingolad.* 1582. *4to.*

## AUGUSTINUS BUCCIUS

TAurinienſis.

*Diſputatio de principatu partium corporis. Accedunt Ludovici Buccaferrei oratio de eodem negotio & Julii Cæſaris Claudini Queſtio de ſede facultatum principum.*

*Taurini*, 1583.

*Lutet. Pariſ.* 1647. *4to. pag.* 38.

Extat etiam apud Caſparum Hoffmannum cum epicriſi ejusdem.

## FÆLIX PLATERUS

NAtus Baſileæ Rauracorum, an. 1536. Cùm ab adoleſcentia ad rei medicæ ſcientiam arcanis quibusdam naturæ ſtimulis impelleretur, commilitones omnes celeriter antevertit. Puer etiam dum mirifico deſiderio inſpiciendi porcos, &c. cum mactarentur, tenebatur; lanii artificium mirabatur, & vel eo nomine beatum prædicabat quod ex tempore viſcera citra errorem rimari poſſit. An. 1557. æt. 21. eos honores qui in medicina ampliſſimi confecto ſtudiorum curriculo decerni ſolent, conſecutus eſt, doctorque medicinæ Baſiliæ renunciatus eſt. Inde praxin medicam non invita Minerva aggreſſus eſt, adeoque & induſtriam & fidem ſuam ægrotis probavit, ut undiquaque opera ipſius expeteretur, ſingularem quoque ejus virtutem magiſtratus Baſilienſis admiratus, unanimi conſenſu omnium civium ſalutem ei commendavit, an. 1557. & paulo poſt,

Senatus academicus an. ſc. 1560. æt. 34. cum ad profeſſionem medicam evexit, quo tempore doctores 159, renuntiâſſe dicitur.

Ob. 1614. æt. 78.

Id, pretium illius operi apud omnes conciliare debet, quod antequam ad ſcribendum appulerit, cadaverum humanorum plus quam quinquaginta ſectionibus manus admovit, queis primum in Gallia, ſubinde in Germania, & præſertim Baſiliæ occupatus fuit; adde, quod neque alia negotia, ne vel medica, eaque laborioſiſſima quæ per multos annos reliqua ſua ſtudia retardarunt, ab hoc contemplationis genere mentem avocare potuerunt. Hiſce igitur diutius ac pertinacius hærens veritatem indagandi occaſiones notabiliores habuit, quod vel ex hoc patet quod actiones partium fuſius ab eo exponantur quam ab aliis factum eſt, & quædam ab aliis non ſufficienter explicata, diligentius inveſtiget, nihilominus pauca ab eo reperta deprehendo, ſuum quoque ſcribendi genus, in tabulis diſtributum tyronum captui eſt minus accomodatum.

*De partium corporis humani ſtructura & uſu libri tres, tabulis methodicè explicati, iconibuſque accuratè illuſtrati.*

*Baſil.* 1583. *Fol. p.* 19
1603. *Fol. Tabul.* 50

Cùm autem nemo hactenus rectius Veſalio figuras anatomicas depingi curaverit, & vixdum etiam meliores effingi poterint, iconibus ab eo mutuatis, contractioribus tamen, ac quibusdam immutatis, nonnullisque additis; ære expreſſis, opus hoc exornavit.

*Queſtiones phyſiologicæ de partium in utero conformatione.*

*Extat cum Severino Pineo de notis virginitatis*, *à pag.* 241. *ad pag.* 270. *Edit. Lugd. Batav. an.* 1650.

*De mulierum partibus generationi dicatis, icones cum explicationibus ipſarum delineationem accuratè oſtendentes, tabulæ ſtructuram uſumque, methodicè deſcribentes, quibus quoque, pacto oſſa mulieris à viri oſſibus hiſce ſedibus variant breviter adjectæ fuerunt obſervationes, &c.*

*Extat in Gyneciorum libris a Iſraele Spachio editis.*

GEO



## GEORGIUS BARTISCH,

Conisbergenſis Ocularius, & Chirurgus Dreſdenſis.

*Ὀφθαλμολογία: Das iſt, Augendienſt newer und wolge grundler bericht von urſachen und erkentnus aller gebrechen, ſchaden und mangel der augen und des geſichts, wie man ſolchen anfinglich mit geburchten mittelen begegnen, vort komun und wechren, auch wie man alle ſolche gebreſten, kuntslich durch artzneyen, Inſtrumenten und handgrieff curiren, wircken, und vertreiben ſol. Mit ſchonen herrlichen, contrafectiſhen figuren der anatomie beyde des haupts und der augen.*

*Door George Bartiſch von Konigsbruck Burger, Oculiſt, ſchnit und wundartzt in der Churfurſthchen allen ſtadt Dresden.*

*Dreſden*, 1583. *fol. Ch.* 274.

Anatome oculi habetur Ch. 10.

## SALOMON ALBERTUS,

Medicinæ doctor ejuſque Profeſſor Wittebergæ publicus.

*Hiſtoria plerarunque humani corporis partium in uſum Tyronum edita.*

*Wittebergæ*, 1583. *8vo. p.* 94. *

—— 1602. *8vo. p.* 176.
—— 1630. *8vo.*

* *Witteb.* 1585.

Opus hoc illuſtravit ac exornavit figuris aliquot quæ omnes Veſalii ſunt, duabus ſolummodo exceptis, quæ partium in medio & infimo ventre ſitum oculis ſubjiciunt. Primus omnium *cochleæ auris* delineationem propoſuit.

Inventio *valvulæ Coli* quæ vulgò *valvula Bauhini* audit, eſt illi aſcribenda: Primò enim

nim in Caſtore, ac demùm in Homine eam ſe inveniſſe ſcripſit, ejusque ad finem orationum mentionem facit.

*Tres Orationes, quarum tertia* agit *de diſciplina Anatomica, quo orſu cœperit, & quo modo ſenſim aucta, & ad poſteros transmiſſa ſit, tum de Galeni libro qui de oſſibus inſcribitur.*

*Annexum eſt thema, 1. de lachrymis eſt; & alterum adumbratio & deſcriptio ſurſum nutantium membranularum ſigmoeidæn in venis brachiorum & crurum.*

*Norimbergæ*, 1585. 8vo.

*Obſervationes Anatomicæ.*

*Wittebergæ*, 1620. 8vo.

## DOMINICUS BERTACCIUS

*DE Spiritibus libri quatuor nec non de facultate vitali libri tres.*

*Venet.* 1584. 4to.

## JOHANNES BOCKELIUS,

HAmburgenſis Prof. Medicinæ Primarius, in illuſtri Academia Julia.

*Anatome vel deſcriptio partium humani Corporis, ut ea in Academia Julia quæ eſt Helmſtadii ſingulis annis publicè perlegi ac adminiſtrari ſolet.*

*Helmſtadii*, 1585. 8vo.

## PETRUS MONEDULATUS,

LAſcovius Ungarus.

*De homine magno illo in rerum natura miraculo, & partibus ejusdem eſſentialibus lib. duo.*

*Wittebergæ*, 1585. 8vo.

CHRI-



## CHRISTOPHERUS RUMBAUM,

SIleſius.

*De partibus Corporis humani Exercitationes quædam, quibus generatio, ſubſtantia, uſus, ſanitas, morbus & curatio illarum exponitur. Autore Chriſtoph. Rumb. Jaurano Sileſio.*

*Baſil.* 1586. *8vo. p.* 215.

De generatione & formatione fœtûs, ipſiuſque partium; de Spiritûs calore & humido nativo, *p.* 43.

De natura partium humani corporis *p.* 59.

De rationalis animæ actionum inſtrumentis, *p.* 175.

Hic Author magis Philoſophum quam Medicum aut Anatomicum agit, & omnia quæ habet ex Galeno & Arabibus decerpſit, quos tamen ubique ferè citat.

„Accipe, *inquit in Præfatione*, ſtudioſa Juventus, „exercitationes, theſium loco tibi propoſitas; quas ſi „gratas tibi fore animadvertero, earundem exegeſin „brevi à me expectabis, una „cum multis aliis.

## ARCHANGELUS PICCOLHOMINUS,

FErrarienſis, civis Romanus. Natus. 1526.

Anatomicus non erat, Judice Riolano, ſed tanquam Philoſophus, Anatomica tractavit, illius enim Prælectiones anatomicæ Quæſtionibus Phyſiologicis & Controverſiis doctiſſimis refertæ, ac ſecundum partes corporis diſtributæ, in vulgus exivere. Ex ſequentibus tamen luculenter patebit, illum Anatomicis feliciſſimè laboràſſe, cum nova aliquot in Anatome eum auctorem ac inventorem agnoſcant, ac partes corporis humani accuratè ſatis deſcripſerit.

*Anatomicæ prælectiones explicantes mirificam Corporis humani fabricam; & quæ animæ vires, quibus Corporis partibus tanquam inſtrumentis ad ſuas obeundas actiones utantur, ſicuti tota anima*



*toto*

toto corpore.

*Romæ*, 1586. *fol.* 414.

Primus cerebri ſubſtantiam in *cineritiam* & *medullarem* diviſit, corpus namque cineritium ſeu in albo liveſcens quod primò exterius occurrit *Cerebrum* propriè appellat, incluſum autem candidum & ſolidius *Medullam*, eam autem ſecrevit in *medullam globoſam*, *oblongatam caudicis inſtar*, & *medullam ſpinalem.*

*Nervos omnes à medulla oblongata oriri vult.*

*Proceſſus mammillares primus nervos odoratorios vocavit.*

*Mirificum naturæ artificium ad pricipium* Cæci *locatum*, *tres ſcil.* Valvas *tanquam oſtiola quædam deorſum ſpectantes*, (vid. p. 86.) *primus detexit*, *eaſque eo fine conſtructas aſſeruit*, *ut ſordibus remeantibus obſiſterent.*

*Anaſtomoſin venæ portæ & cavæ intra jecur*, *à Carpo primùm deſcriptam*, *depinxit primus.*

*Poſt Galenum proſtatas mulieribus attribuit.*

*Primus quoque adipis membranam peculiarem deſcripſit*, *quam poſtea adipoſam vocavit Riolanus.*

*Peritonæum ubique geminum ſtatuit*, *ex duabus ſcil. tunicis conſlatum.*

*Lineam abdominis candidam primus notavit ac deſcripſit.*

*Ex illius ſententia*, *ab ore ad podicem unus duntaxat ductus*, *ſeu canalis extenditur.*

*Interiorem inteſtinorum tunicam triplo ferè eſſe longiorem exteriori aſſirmat*, *proinde corrugari ac veluti criſpari neceſſe fuit*, *ut propter aſperitates illas ac inequalitates diutiùs immorans Chylus commodiùs exſugeretur à venis meſenterii.*

*Canales membranaceos*, *ſeu fiſtulas operculo carnoſo tectas*, *per quos percolatur urina*, *meliùs deſcribit quam Carpus & Maſſa.*

*Ratio quam profert cur vena ſeminaria ſiniſtra ex emulgente minimè oriatur*, *eadem eſt cum illa quæ hodie obtinet.*

*Hymenem Virginitatis Clauſtrum appellat.*



*Sententiam Galeni de Diaphragmate ab arteria aorta non perforato*, *ſed illi ſubſtrato*, *vertebriſque dorſi adhærente primus animadvertit*, *ſcriptiſque reliquit.*

Muſculis omnibus nomina indidit ab uſibus & finibus in quas Natura illos creavit: Quam ob cauſam alii *ocularii*, i. e. *viſorii*, *maſticatorii*, *locutorii*, *reſpiratorii*, *amplexatorii*, *ſcapularii*, *humerarii*, *cubitarii*, *apprehenſorii*, i. e. *manuum moventes*, & *ambulatorii*, ſeu *progreſſorii*, *femorales*, & *tibiales*, &c.

*Muſculos frontis*, *muſculos pathematum*, *ſeu animi effectuum ſignificativos appellat.*

Ipſe Autor poſtquam in præfatis libris 5. de re Anatomica olim à ſe conſcriptis, alios ſex adjectos narraverat, ut opus ſuum Anatomicum tandem omnibus ſuis numeris abſolutum in publicam omnium lucem prodiret, lectorem monet ſe multum facilitatis, perſpicuitatis, ordinis, atque inventionis, rei Anatomicæ attuliſſe, hanc quoque cerebri ſui ſobolem poſt diutinum laborem per multos annos continuatum (agebat enim an. 60.) in lucem exire: *Et paulò inferiùs*, ſe curâſſe ut imprimerentur quatuor de abdominis muſculis figuræ, quas imperfectè à cæteris depictas ac deſcriptas conqueritur. Eos quoque, qui ante ipſum Anatomen figuris illuſtrârunt de cyſti fellea, de radicibus ambarum venarum, de corde fœtûs in utero, de origine nervorum intra calvam, ne delineationem quidem unam pingendam ſomniâſſe dicit: Quæ poſtrema cum inter docendum verbis à ſe explicarentur nonnullis incredibilia fuiſſe aſſerit, donec palam & evidentiſſime oculis omnium commonſtrare, & manibus quoque tractanda proponeret.

*In librum Galeni de humoribus Commentarii*,

*Pariſ.* 1556. *8vo.*

## NICOLAUS TAURELLUS,

NAtus Mompelgarti, oppido Ditionis Wirtembergenſis, an. 1547. Nacto autem Tubingæ 1565. Philoſophiæ Magiſtri titulo, Altdorphii Academia Reipublicæ Norimbergenſis, Rudolphi ſecundi Imperatoris indultu 1581 erecta, Profeſſor publicus conſtitutus eſt. ob. 1606. æt. 59.

*Diſputatio de Cordis natura & viribus.*

*Noriberg.* 1586.

*Alpæſecæ, hoc eſt, Andr. Cæſalpini monſtroſa & ſuperba dogmata diſcuſſa & excuſſa.*

*Trancof.* 1597. *

## ALBERICUS GENTILIS.

D*Iſputatio de naſcendi tempore.*

*Witteberg.* 1586. *8vo.*

## SALUSTIUS SALVIANUS,

ROmanus.

*De Calore naturali* &c.

*Libri duo.*

*Romæ*, 1586. *8vo.*

## MICHAEL GAVASSETIUS,

NOvellarienſis. Philoſophus, & Medicus & Profeſſor Patavinus.

*Libri tres.*

Primus, *De Natura Cauterii*, &c.

Secundus, *De Præludiis Anatomicis, ſeu totius artis medicæ fundamentis.*

Tertius, *De Exercitatione methodi Anatomicæ.*

*Venet.* 1587. *4to.*
*Lib.* 2. *à pag.* 25. *ad* 60 *ſeu finem.*
*Lib.* 3. *pag.* 30.

Cum Anatomicæ ſpeculationis Profeſſores ſolummodò partium humani corporis ſtructuram attigiſſe, omiſſis veris artis fundamentis hactenus viderit auctor, præludiis quibusdam Anatomicis de multiplici genere Anatomes, natura, cauſa formali & finali, interna, & ſubjecto, *&c.* ſtudioſam Juventutem ad altiora ſtudia promovere decreverat.

In Exercitatione methodi Anatomicæ, Anatomen Brachii humani, (quod pro exemplo aſſumit) fuſiſſimè tradit; & primò oſſa quibus componitur, deinde eorum articulationem, ac denique cartilagines, ligamenta, membranas, arterias, venas, nervos, ac muſculos deſcribit.

* *Alpes cæſæ, hoc eſt, Andr. Cæſalpini &c. Francof.* 1650. *8vo.*



## EUSTACHIUS RUDIUS,

UTinenſis. In Patavino Gymnaſio practicæ Medicinæ lector ordinarius.

*De Uſu totius Corporis humani.*

*Venet.* 1588. *4to.*

*De naturali atque morboſa Cordis Conſtitutione, Lib.* 3.

*Venet.* 1600. *4to. Ch.* 66.

Muſculoſam cordis ſubſtantiam pernegat, quippe voluntatis imperio non ſubjectam.

*De Pulſibus. Lib. Duo.*

*Patavii*, 1602. *4to.*
*Francof.* 1602. *8vo.*
—— 1642. *8vo.*

CAS-

## CASPARUS BAUHINUS,

NAtus Baſileæ, an. 1560. Rei Anatomicæ & Herbariæ in celeberrima Baſilienſium Academia Profeſſor ordinarius, quam provinciam per annos 40. exornavit) ejusdem reipublicæ Archiater, Ducique Wirtembergenſi à valetudine.

An. 1577. 78. & 79. Auditor fuit Fabricii ab Aquapendente Patavii, & circa finem hujus anni, Spectator fuit Anatomes à Severino Pinæo Pariſiis celebratæ.

Diligentia illius certè & ſummus labor in theatro ſuo anatomico condendo eſt laude dignus, textui enim ad marginem adjiciuntur autoritates & opiniones Galeni, Veſalii, Falloppii, Piccolhominei, Plateri, & aliorum, quos hic recenſere longum eſſet.

Primus omnium Nomenclaturam Sylvianam in uſum revocavit, ad marginem additis partium quaſi nominibus Veſalii, & profecto iſtiusmodi methodus ſcripta Galeni atque Veſalii captu faciliora reddit. Hinc mirari ſubit, qui fit quod Riolanus illius nomen notâ nigrâ maculet ac dedecore afficiat. hiſce verbis, „Præſentibus ac poſteris, *inquit*, „innoteſcat Bauhinum eximium fuiſſe Compilatorem, „nihil de ſuò cerebro parturiiſſe, nec quidquam in „re anatomica inveniſſe, neque anatomica inveniſſe, „neque opiniones anatomicorum controverſas conciliâſſe, ac denique nullum „in citandis autoribus dilectum habuiſſe, quoniam indoctus ac imperitiſſimus Atomicus. *Lectorem quoque monet iſtam reformationem Theatri Anatomici ad exemplar ſuæ Anthropographiæ, ſuppreſſo auctoris nomine, factam eſſe.*

*An.* 1579. Valvulam *in foribus* Ilii *Colive principio primum ſe obſervâſſe ait, antequam ullum legerit qui de ea meminerit. Certiſſimum tamen eſt, quod Varolius aliique illam plurimos ante annos eleganter deſcripſerunt.*

*Omnes figuræ queis primam editionem Theatri Anatomici ditavit Veſalianæ ſunt, 4 ſolummodo exceptis; quarum duæ effigiem hominis vivi exprimunt, ac aliæ duæ venas cutaneas ſpectandas offerunt; unamque aut alteram Aquapendenti, & totidem Platero debet.*



*Tabulæ Anatomicæ à filio ſuo Johanne Caſparo Bauhino editæ, eædem ſunt cum prioribus, additis ſolummodo figuris renum Euſtachianis decem tabulis complexis.*

*Inteſtini Coli anguſtiam naturalem in ſiniſtro latere annotavit, hujus causâ dolores Colici in ea parte plurimùm & oriuntur & exacerbantur, quippe anguſtia illa facilè obſtruitur ab excrementis, quæ ibi diu retinentur & indureſcunt.*

*De Corporis humani partibus externis liber, hoc eſt, univerſalis Methodi Anatomicæ, quam ad Veſalium accommodavit, liber unus; Multis novis iisdemque raris obſervationibus propriis refertus.*

*Baſil.* 1588. 8*vo.*1592. 8*vo.*

*Antomes liber ſecundus, partium ſpermaticarum tractationem per 4 cauſas continens.*

*Ibid.* 1591. 8*vo.*

*Anatomica Corporis virilis & muliebris hiſtoria.*

*Lugd.* 1597. 8*vo.*1609. 8*vo.*

*De Corporis humani fabrica lib.* 4. *methodo Anatomica in prælectionibus publicis propoſita ad Andreæ Veſalii tabulas inſtituta; ſectionibuſque publicis & privatis comprobata, multis denique novis Inventis & Opinionibus aucta.*

*Baſil.* 1600. 8*vo.*

*Theatrum Anatomicum novis figuris æneis illuſtratum & in lucem emiſſum, opera & ſumptibus Theodori de Bry, p. m.*

*Francof.* 1605. 8*vo.p.*1302.

*Theatrum Anatomicum infinitis locis auctum, ad morbos accommodatum, & ab erroribus ab Authore repurgatum, obſervationibus & figuris aliquot novis æneis illuſtratum; opera & ſumptibus Theodori de Bry.*

*Francof.* 1621. 4*to.p.*662.

*Vivæ imagines partium Corporis humani æneis formis expreſſæ, & ex theatro anatomico Caſp. Bauhini deſumtæ, operâ & ſumptibus Matth.*

*Matth. Meriani. Acceſſerunt tabulæ novæ decem, ex Euſtachio, in appendice.*

*Francof.* 1640. 4*to*. *p.* 265. *Append. continet p.* 22.

*Inſtitutiones anatomicæ Hippocratis, Ariſtotelis ac Galeni auctoritate illuſtratæ.*

*Baſil.* 1604. 1609. 8*vo*. 1640. 4*to*.

*Francof.* 1616: 8*vo*. *p.* 260.

*Ad calcem hujus editionis adjectæ ſunt tabulæ oſſium, muſculorum, venarum, arteriarum & nervorum.*

*De hermaphroditorum monſtroſorumque partuum natura libri duo, cum pluribus figuris æneis.*

*Oppenhemii*, 1614. 8*vo*. *p.* 594. 1629. 8*vo*.

*Hic plurima ſparſim habentur de partibus generationi famulantibus in utroque ſexu, conceptione & partu.*

*Epiſtola anatomica curioſa.*

*Lipſiæ & Francof.* 1673. 4*to*. *Vide Ephem. German. anno tertio, p.* 596.

## EMANUEL NONNIUS

O Lyſſiponenſis,

*De Tactu & Tactus organo, liber unus.*

*Olyſſiponæ*, 1589. 8*vo*.

## JOHANNES PADOVANUS

*De ſingularum humani corporis partium ſignificationibus.*

*Veronæ*, 1589. 4*to*.





## ANDREAS LEON.

*De anatomia liber.*

*Beſæ*, 1590. 4*to*. *Hiſpanico ſermone prodiit.*

## DANIEL MOEGLINGUS,

Natus Tubingæ, an. 1546. med. profeſſor. In academia Tubingenſi, & illuſtriſſimi Ducis Wirtembergici Archiater. Ob. 1596. æt. 60.

*Diſputat. de humano corpore.*

*Tubingæ*, 1590. 4*to*.

## BERNHARDUS TELESIUS.

*De Uſu reſpirationis liber.*

*Venet.* 1590. 4*to*.

## JOHANNES POSTHIUS

Natus Germersheimii Palatinatus inferioris ad Rhenum oppido, an. 1537. Cùm nullam elegantioris literaturæ partem intactam relinquere animus eſſet, peculiari tamen inſtinctu medicinam legiſſet, in Italiam iter ſuſcepit, & poſteà montem peſſulanam conceſſit; ubi auditor fuit Laurentii Jouberti & Guilielmi Rondeletii, & tandem Valentiæ in Gallia Narbonenſi doctoratus inſignibus ornatus fuit an. 1567. relicta Gallia, Antverpiæ praxin medicam exercuit, & paulo poſt cum eo tempore Belgium motibus bellicis quateretur medicum Caſtrenſem egit. Et hinc an. 1568. Herbipolim

ad epiſcopum Wurtebergenſem ducem Franconiæ evocatus, Archiatri munere per an. 17. functus eſt. Inde iterum Heidelbergam an. 1585. accerſitus, Electoris Palatini Frederici quarti Archiatrum an. 12. egit.

Ob. 1597. æt. 60.

Singulari quadam dexteritate muſculos incidendi pollere videtur, quòd quædam nova quorum auctor exiſtit, ſatis ſuperque teſtantur.

*Obſervationes anatomicæ in Realdi Columbi anatom. Extat cum hujuſd. de re anatomica lib.* 15.

*Francof.* 1590. 1593. 8*vo.* *à pag.* 519.

*Pag.* 515. *Muſculos labra ad os & intra dentes attrahentes quatuor ſtatuit: duos nimirum in inferiori & totidem in parte interna.*

*Pag.* 508. *Peni ſex muſculos attribuit.*

*Pag.* 512. *Inter cartilagines coſtarum unicus tantùm ex ejus ſententia exiſtit muſculus & non duplex ut in ſpatiis intercoſtalibus.*

*Pag.* 516. *Quartum maxillæ inferioris muſculum, non à ſtyloide, ſed mammillari proceſſu ortum ducere docet, primus quoque propalavit muſculum hunc tendinea ſua parte oſſi hyoidi adhærere.*

*Pag.* 517. *Proceſſus mamillares non eſſe olfactus inſtrumenta aſſerit.*

*Pag.* 518. *Muſculi quantum fieri poteſt, omnes ita ſecandi ſunt, ut & origo & inſertio eorum relinquatur integra, hoc enim modo ipſorum uſus commodiſſimè poteſt demonſtrari.*

*Mantiſſa anatomica.*
*Extat cum Th. Barthol. hiſt. anat. cent.* 5. *&* 6.

*Hafniæ*, 1661. 8*vo.*

---

## PETRUS UFFENBACHIUS

D*Iſputationes binæ de generatione & interitu.*

*Argentorati*, 1591. 4*to.*





---

## JACOBUS BORDINGUS

ANtwerpianus, natus anno 1511. Medicus & philoſophus eruditus: Principi Megalburgico à cura valetudinis, anno 1556. Chriſtiani tertii Danorum regi Archiater conſtitutus eſt, profeſſor publicus in academia Haffnienſi. Ob. 1560. æt. 50.

*Anatome* primum evulgata fuit *Helmſtadii*, auctore adhuc auram vitalem ſpirante & poſtea junctim nomine *Phyſiologiæ* à *Levino Batto.*

*Roſtochii*, 1591.

---

## HIERONYMUS MONTALTUS

SIculus. Platienſis.

*De homine ſano libri tres, in quorum primo agitur de natura & ſubſtantia hominis.*

*Francof.* 1591. 8*vo.*

---

## ALPHONSUS RODERICUS GUEVARA

HIſpanus.

*De re anatomica, liber.*

*Conimbriæ*, 1592. 4*to.*

---

## EDMUNDUS HOLLINGUS

EBoracenſis Anglus.

*De chyloſi hoc eſt prima ciborum quæ in ventriculo fit concoctione pro veteri medicorum ſchola diſputatio.*

*Ingolſtadii*, 1592. 8*vo.*

# ANDREAS CÆSALPINUS

NAtus Areti in Italia. In academia Piſana diu medicinam profeſſus eſt : Fuit Archiater Pont. Rom. Clementis 8vi. Vir acerrimi ingenii, & doctrinæ peripateticæ adverſus Galenum ſtrenuus propugnator.

*Quæſtionum peripateticarum lib.* 4.

*Dæmonum inveſtigatio peripatetica. Editio ſecunda.*

*Quæſtionum medicarum libri duo.*

*De medicamentorum facultatibus libri duo, nunc primum editi.*

*Venetiis*, 1593. 4*to*. *ch*. 291.

Hic autor licet nemini ſæculi ſui ſecundus, neglectus omnibus jacebat non ſolum ob raritatem libri, verum etiam ob pertinaciam ſuam n aſtruendis dogmatis Ariſtotelicis contra clariſſimum Galenum ejuſque aſſeclas, in cujus verba omnes ferè medici tum jurati fuerunt. Hinc factum eſt quod quæ luculenter & perſpicuè ſatis, etſi non ex profeſſo, proponit de ſanguinis circulatione nemini ante animadverſa fuerint, aut ſaltem intellecta, quam Harveius, patriæ ſuæ & ſeculi decus, librum ſuum in vulgus emiſiſſet. Idcircò quia tractatus hi in paucorum incidunt manus, quæ ſparſim tradit anatomica, ſed præſertim circuitum ſanguinis ſpectantia, in unum congeſta exponam.

*De generatione lib.* 4. *quæſt.* 8.

*De ſemine lib.* 5. *quæſt.* 1.

*De conceptu multa*, *quæſt.* 2.

*De tribus membranis fœtum involventibus tractat. Chart.* 113.

Cor non ſolum arteriarum, ſed & venarum ac nervorum eſſe principium ad mentem Ariſtotelis affirmat.

*Quæſt.* iii. *Ch.* 115. Quæ hanc ſententiam funditus evertere videntur recenſet ac refutat ch. 117. col. 1. lit B. At verò nec regredi ex corde in venam ſignum eſt, quia oſtio venæ cavæ tres membranulæ coaptatæ ſunt, ita ut concedatur ingreſſus ſanguini in cor, egreſſus autem nequaquam.



*Quæſt.* iv. Reſpiratione non intromitti aliquem ſpiritum externum in cor.

*Chart.* 122. *Col.* 1. 'Nam membranæ oſtio ſic appoſitæ ſunt ut corde dilatato aperiantur, contracto autem claudantur. Hic etiam dilucidè explicat cordis conſtrictionem & dilatationem. 'Vaſorum in cor deſinentium quædam intromittunt contentam in ipſis ſubſtantiam ut vena cava in dextro ventriculo, & arteria venalis in ſiniſtro: quædam educunt, ut arteria aorta in ſiniſtro ventriculo, & vena arterialis in dextro: omnibus autem membranulæ ſunt appoſitæ & officio delegatæ ut oſcula intromittentium non educant, & educentium non intromittant, contingit corde contrahente, ſc arterias dilatari, & dilatante conſtringi; dum enim dilatatur cor, claudi vult orificia educentium, ut ex corde non influat tunc ſubſtantia in arterias, contrahente autem ſe, influere dehiſcentibus membranis.

Col. 2. lit. F. pulſatio 'cordis & arteriarum ab efferveſcentia humorum in corde.

Fusè de pulſu agit.

Chart. 125. col. 2. 'Idcircò pulmo per venam arteriæ ſimilem ex dextro cordis ventriculo fervidum hauriens, ſanguinem, eumque per anaſtomaſin arteriæ venali reddens, quæ in ſiniſtrum cordis ventriculum tendit, transmiſſo interim aere frigido per aſperæ arteriæ canales. *Idem Realdus antea prodidit.*

'Huic ſanguinis circulationi à dextro cordis ventriculo per pulmones in ſiniſtrum ejuſdem ventriculum optimè reſpondent ea quæ ex diſſectione apparent. *Et paulò infrà*, Vaſis quæ arteria venoſa & vena arterioſa vulgò dicebantur, veteres nullo innixos fundamento iſthæc nomina iis impoſuiſſe doctè adſtruit; 'eorum enim unum arteriam eſſe & alterum venam contendit.

*Quæſt.* v. In reſpiratione calor cordis eſt principium motus.

'Idem ſanguis fervens qui dilatando cor pulſum efficit pulmonem etiam dilatan-

'tando eſt cauſa reſpirationis. Amplificato igitur pulmone neceſſe eſt aerem externum introlabi in arteriam aſperam, quæ inſpiratio vocatur inde refrigeratio, & molis diminutio ſequitur ut in ollis ferventibus affuſa frigida, decidente autem pulmone neceſſe eſt aerem reddi, quæ expiratio vocatur.

*Quæſt.* vi. Senſum nulli parti ineſſe quæ ſanguine caret.

Quamvis ſine nervo ex illius ſententia, ſenſus non fiat non tamen nervus ſentit, ſed pars ſanguinea vel caro.

*Naturæ ingenium*, inquit, *in motu animali ſimile eſt artificio organorum, quæ in templis flatu per folles immiſſo tactis modo his modo illis pro artificis arbitrio diverſos edunt ſonos.*

Notatu dignum eſt quod hiſce vocibus, ſc. ſanguine, calore naturali & ſpiritu promiſcuè utatur.

Queſtionum medicarum liber ſecundus. Queſt. 17. *Ch.* 233. *Suffocationem in Angina fieri magis oppletis venis jugularibus, quam clauſo laryngis oſculo. Occluſis enim in collo venis, cum ſanguis & ſpiritus permeare nequeant ſurſum, neceſſe eſt deorſum ad cor & pulmones regurgitare, unde oppletus pulmo dilatari & conſtringi nequeat.*

*Ch.* 234. *Linea tertia, ſed illud ſpeculatione dignum videtur, propter quod intumeſcunt venæ ultra locum apprehenſum non citra: quod experimentum ſciunt qui venam ſecant, vinculum enim adhibent citra locum ſectionis non ultra;* 'quia tument venæ, ultra vinculum non citra, debuiſſet autem oppoſito modo contingere, ſi motus ſanguinis & ſpiritus, à viſceribus ſit in totum corpus: intercepto enim meatu non ultra datur progreſſus, tumor igitur venarum citra vinculum debuiſſet fieri. An ſolvitur dubitatio ex eo quod ſcribit Ariſtoteles *de ſomno*, cap. 3. ubi inquit, 'neceſſe enim quod evaporatur aliquouſque impelli, deinde converti & permutari ſicut Eurippum: calidum enim cujusque animalium ad ſuperiora natum eſt ferri: cum autem in ſuperioribus locis fuerit multum ſimul interim revertitur ferturque deorſum: Hæc Ariſtoteles.

'Pro cujus locis explicatione illud ſciendum eſt, cordis meatus ita à natura paratos eſſe, ut ex vena cava intromiſſio fiat in cordis ventriculum dextrum; unde patet exitus in pulmonem: ex pulmone præterea alium ingreſſum eſſe in cordis ventriculum ſiniſtrum, ex quo tandem patet exitus in arteriam aortam, membranis quibusdam ad oſtia vaſorum appoſitis, ut impediant receſſum; ſic enim perpetuus quidam motus eſt, ex vena cava per cor & pulmones in arteriam aortam ut in quæſtionibus peripateticis explicavimus.

'Cùm autem in vigilia motus caloris nativi fiat extra ſcil. ad ſenſoria: in ſomno autem intra ſc. ad cor, putandum eſt in vigilia multum ſpiritus & ſanguinis ferri ad arterias, inde enim in nervos effertur. In ſomno autem eundem calorem per venas reverti ad cor, non per arterias, ingreſſus enim naturalis per venam cavam datur in cor, non per arteriam. Indicio ſunt pulſus, qui expergiſcentibus fiunt magni, vehementes, celeres, & crebri cum quadam vibratione: in ſomno autem parvi, languidi, tardi & rari, nam in ſomno calor nativus minus vergit in arterias, in eaſdem erumpit vehementiùs, cum expergiſcuntur; venæ autem contrario modo ſe habent, nam in ſomno fiunt tumidiores, in vigila exiliores, ut patet intuenti eas quæ in manu ſunt.

'Tranſit enim in ſomno calor nativus, ex arteriis, in venas per oſculorum communionem, quam Anaſtomaſin vocant, & inde ad cor. Ut autem ſanguinis exundatio ad ſuperiora, & retroceſſus ad inferiora inſtar Euripi, manifeſta eſt in ſomno & vigilia, ſic non obſcurus eſt hujusmodi motus in quacunque parte corporis ſi vinculum adhibeatur, aut alia ratione occludantur venæ. Cùm enim tollitur permeatio intumeſcunt rivuli qua parte fluere ſolent. Fortè recurrit eo tempore ſanguis ad principium ne interciſus extinguatur.

Supradicta & alia id generis de circulari ſanguinis motu oſcitanter ab auctore propoſita non videntur, quamvis enim conſulto ſuper hac re non diſſerat, totus tamen in id incumbere videtur ut circulationem ſanguinis (hac enim ipſiſſima phraſi utitur) novis lucubrationibus à nobili Anglo poſtea ditatam adſtruat, modumque operosè explicet:

Et [a] licet feliciſſimæ Angliæ adeò magnum anatomiæ lumen terrarum orbi offerenti medullitùs congratuler, dolere tamen eſt, Cæſalpinum quæ perſpicuè ſatis nulliſque verborum ambagibus intricata tradit non magis exco-luiſſe & in Hypotheſin generi humano profuturam perduxiſſe, nihilominus par decus manet & illum qui primum invenit, & qui poſtremum perfecit; neſcio enim an præſtat inveniſſe an ditaſſe.

## HIERONIMUS CAPPIVACIUS

NAtus Patavii. Inter principes medicinæ rationalis merito numeratur. Medicinæ practicæ in florentiſſimo gymnaſio Patavino prof. primarius, ubi circa an. 1552. profiteri cæpit.

*Methodus anatomica, ſive ars conſecandi, cum præfatione Teucri Annæi privati de Anatomiæ laudibus.*

*Venetiis*, 1593. *4to.*

*Francof.* 1594. *8vo. p.* 438.

Hoc opus ubi ad manus Teucri Annæi perveniſſet omnia continuata ſerie informiter cohærere materiis indigeſtis planè ac nullibi diſtinctis deprehendit, ad formam curativæ methodi fideliter redegit, certis paſſim capitibus interſtinxit, tum quæ ſexcenta in Venetiano exemplari loca vitioſa confuſè inerant ad authoris mentem reſtituit.

*Opera omnia quinque ſectionibus comprehenſa, quarum prima quæ Phyſiologica continet Tractatus tres.*

Prima, *De fœtûs formatione.*

Secunda, *De ſignis Virginitatis tam maſculi quàm fœminæ, à pag.* 11. *ad p.* 12.

Tertia, *De methodo Anatomica, à pag.* 12. *ad* 152.

*Francof.* 1603. *fol.*
*Venet.* 1606. *fol. p.* 910.

*Accedit etiam Tractatus de Urinis, à pag.* 181. *ad* 206.

SI-

a Ut habet Thom. Cornel. Conſcut.



## SIMON PETREIUS,

PAriſienſis. Medicus magni nominis, & Practicus in patria. Ob. an. 1618.

*Diſputatio de vero uſu anaſtomoſeωn vaſorum Cordis in fœtu.*

*Auguſtæ Turonum*, 1593. *8vo.*

*Nova demonſtratio & vera hiſtoria anaſtomoſeωn vaſorum Cordis in Embryo, cum Corallario de vitali facultate Cordis in eodem Embryo non otioſa.*

*Turoni*, 1613. *8vo.*

*Lenis Cenſura in acerbam admonitionem Andreæ Laurentii.*

*Turoni*, 1593.

## BALDUINUS RONSÆUS,

GAndenſis. Reipublicæ Goudanæ Medicus.

*De humanæ vitæ primordiis, hiſtericis affectibus, &c. Centones cum figuris.*

*Lugd. Batav.* 1594. *8vo. pag.* 236.

Quædam ex figuris à Veſalio mutuantur, ſed ea quæ uterum cum vaſis ſpermaticis oculis ſubjicit alterius eſt, licet ille Veſalio etiam aſcribat.

*De Semine*, pag. 1.
*De virorum & fœminarum vaſis ſeminariis*, p. 18.
*De Vulva ſitu*, p. 26.
*De fœtûs formatione*, p. 40.
*Extat etiam cum opuſculis ejuſdem in lucem editis.*

*Lugd. Batav.* 1618. *8vo.* [a]

L 5 CA-

a De hominis primordiis, hiſtericiſque affectibus centones. Ejuſdem de *Hippocratis* magnis lienibus, *Pliniique* Stomacace ſeu Sceletyrbe epiſtola data, *Goudæ*, 1555. *Lovanii*, 1559. *8vo. p.* 179.

## CAMILLUS THESAURUS,

DE Corneto.

*Pulſuum opus abſolutiſſimum in ſex libros diviſum.*

Neapoli, 1594. 4to.

## HORATIUS AUGENIUS,

NAtus in Monte Sancto. Theologus, Medicus & Philoſophus eximius. Prima ætate Logicam in Maceratenſi Univerſitate per duos annos explicuit, deinde in ſcholis Romanis per quinquennium Theoricam, & poſteà in Ticinenſi Academia practicam Medicinam per annos ib. tandemque in Patavino Gymnaſio propoſito 900 florenorum honorario, Cappivacii Succeſſor iterum Theoricam ordinariam in prima ſede profeſſus eſt. Ob. an. 1603.

*Quod homini non ſit certum naſcendi tempus, Libri duo.*

*Venet.* 1595. 8*vo.*
*Francof.* 1597. *fol.* a

## NICOLAUS SAMMICHELLEUS,

VEnam in pulmones à vena cava deduci ſcribit, ut habet Joh. Coſtæus in Annotationes in Avicennæ Canon. Lib. 3. Fen. 10. Tr. 4. Edit. Venet. 1595.

CHRI-

a Epiſtola, & conſultationum medicinalium lib. 24. in 2 tom. diſtrib. Quibus acceſſere ejusdem Authoris de hominis partu lib. 2. *Francof.* 1597.



## CHRISTOPHERUS MEURERUS,

NAtus Lipſiæ an. 1558. Ob 1616. æt. 58. adepto 1582. in patria Philoſophiæ magiſtro titulo, vix ſeſquianno elapſo eadem in Academia Mathematum Profeſſor conſtitutus eſt, anno 1592. Demum Medicinæ Doctor Lipſiæ creatus, ibidem Medicinam facere, ſimulque Zenodochiorum Medicus 1594. fieri cœpit.

*De Anatomia oratio.*

*Lipſiæ*, 1596. 4*to.*

## DAVID KYNALOCHUS,

SCotus.

*De hominis procreatione, Lib.* 1.

*De Anatome, Lib.* 2. *Extat parte ſecundâ deliciarum Poeticarum Scotorum.*

*Pariſ.* 1596. 4*to.*
*Amſtelodami*, 1637. 12*mo.*

## THOMAS PHAYRE,

*THe Regiment of Life, whereunto is added a Treatiſe of the Peſtilence, with the Book of Children.*

*London*, 1596.

*Hiſce interſeritur deſcriptio generalis venarum humani Corporis quæ ſecari ſolent.*

## JACOBUS SEGARA,

ALonenſis. Profeſſor Valentiæ.

*In libros Galeni de natura-*

*ralibus facultatibus Commentaria.* | *Valentiæ*, 1596. 1598. *fol.*

## OTTO CASMANNUS,

A*Nthropologia, hoc eſt, fabrica humani Corporis methodicè deſcripta.*

*Hannov.* 1596. 8*vo.* *Francof.* 1607. 8*vo.*

## JOHANNES MATTHÆUS VIRINGUS.

T*Abula Anatomica Oſſium Corporis humani.*

*Duaci*, 1597. *fol.*

## PETRUS PAULUS GALLIO.

PEruſinus.

*De pulſibus.* [a]

## SEVERINUS PINÆUS,

CAmutenſis. Pariſiis magiſter in Chirurgia juratus. Anatomicus dexterrimus & Obſtetricator exercitatiſſimus. Anno 1595. Anatomen celebravit publicè in Scholis Medicorum, ubi *foramen ovale* apertum invenit,

*Opuſculum Phyſiologicum Anatomicum, in duos libellos diſtinctum, in quibus primùm de Integritatis & Corruptionis Virginum notis, deinde de graviditate & partu naturali mulierum; in quo oſſa pubis & ilium diſtrahi dilucidè docetur.*

Pa-

[a] *Peruſinæ* 1597. 4*to.*



*Pariſ.* 1598. 8*vo.* 1607. 8*vo. p.* 219.
*Francof.* 1599. 8*vo.*
*Lugd. Bat.* 1639. 1641. 12*mo. p.* 183.
—— 1650. 12*mo. p.* 183.
—— 1660.
*Lipſiæ*, 1690. 12*mo.*

*Ext. etiam cum Ludovici Bonnacioli libro de conformatione fœtûs*, &c.

In præfatione agitur *de foramine ovali, ductu arterioſo, pulmonibus fœtûs, & duplici glottidis ſinu.*

*Adjectæ ſunt fœtuum cum ſecundinis ſex figuræ, & in editione* 1641 *acceſſerunt* 4 *figuræ pudenda muliebria exprimentes.*

*In libro primo partes mulierum genitales accuratiſſimè deſcribuntur.*

## JACOBUS GUILLIMÆUS,

AUrelianenſis. Chirurgus regius & juratus Pariſiis, ubi anatomiam diligentiſſimè exercuit, & univerſam hanc artem tam clarè & tabellis & figuris exornavit, ut ad graviſſimorum authorum ſcripta facilem omnibus aditum patefaciat.

Tabulas haſce ex Valverda ac earundem expoſitiones ex Platero deſcripſiſſe videtur: duabus ſolummodo exceptis, quæ partes externas humani corporis à facie anteriori & poſteriori viſendas offerunt.

*Les oeuvres de Chirurgie de Jacques Guillemeau, Chirurgien ordinaire du Roy, & Juré à Paris avec les pourtraits & figures de toutes les parties du corps humain & des inſtrumens neceſſairs au Chirurgien.*

*Tables Anatomiques avec les pourtraicts & declaration d'iceulx.*

*A Paris*, 1598. *fol. p.* 134.

*La Chirurgie Francoiſe recueillie des antiens Medicins & Chirurgiens avec pluſieurs figures des Inſtruments neceſſairs pour l'operation manuelle.*

*A Pariſ.* 1598. *fol. p.* 368.

Pag. 243. *Enumerantur ac deſcribuntur venæ quæ aperiri ſolent.*

*The*

*The French Chirurgery, or all the manual Operations of Surgery, with divers and ſundry Figures ; and amongſt the reſt , certain new found Inſtruments very neceſſary to all the Operations of Surgery. Through Jaques Guillemeau , and now tranſlatet of* Dutch *into* Engliſh , *by* A. M.

*Imprinted at Dort.* 1597. a

## ANDREAS LAURENTIUS,

MOnſpelienſis. Ferreriæ Dominus ; in Academia Monſpelienſi *P*rofeſſ. & Cancellarius, & Henr. Quarti Galliarum Regis Medicus ordinarius , Archiater & Conſiliarius.

Opus anatomicum eruditum , feliciſſimi ingenii Monumentum eleganti ſtylo conſcripſit , in quo rem anatomicam ſeorſim exponit , cui Quæſtiones dubias & controverſas attexit inſtar Commentarii ; Hippocratis & Galeni libros anatomicos multis difficultatum involucris implicitos explicans : Galenum à pluribus recentiorum Calumniis vindicans, non ita tamen ut ei plus faveat quam veritati. De hoc opere ipſe autor loquens, hæc profert. ; Multa priori-
,bus ſæculis incognita , &
,diligenti noſtra obſervatione
,animadverſa , in apertam
,lucem profero. ; Hiſce novis accenſet auctor muſculorum abdominis obliquorum a pube & ilio exortum, ut & ductum qui ſemen à teſticulis ad collum matricis deducit. ,Quia verò figurarum,
,*inquit author* , inſpectio
,multorum oculos oblectat,
,nec omnino Tyrunculis eſt
,inutilis, præcipuas & com-
,muniores depingendas cu-
,ravi , quas ob aulicas oc-
,cupationes non licuit mihi
,delineare ut erat in animo:
,quia verò quædam delinean-
,da erant aliis hactenus in-
,tacta , temporis utut an-
,guſtiis preſſus , nonnullas
,novas addendas curavi;qua-
,les ſunt eæ quæ uteri vaſa
,ſeminaria ſpermatica , à ne-
,mine adhuc deſcripta , ſpi-
,nalis medullæ & nervorum
,ab ea prodeuntium divari-
,cationem , vaſorum cordis
,in fœtu & recens natis a-
,naſtomoſes, venarum por-
,tæ, & cavæ communiones
,exhibent.

Grata Poſteritas multùm quidem debet Laurentii laboribus utut erroribus refertis, nullumque fere caput ſit, in quo ipſe non peccavit aut hallucinatus fuerit. errorum cauſa fuit , uti opinatur Riolanus , nimia Laurentii credulitas qui aliorum manibus & oculis confiſus plurima tanquam vera & extantia literis mandavit, uti etiam ſe inventorem eorum, ob quæ alii non immerito criſtas erigunt, auctorem jactat.

*Anaſtomoſis enim in corde fœtus a Piccolhomino multò ante fuit delineata, quam etiam poſt Galenum eleganter deſcripſit, uti etiam factum à Carcanno.*

*Vaſa quoque ſpermatica ejaculantia , ſeu meatus per quos prægnantibus ſemen in cervicem uteri majoris voluptatis gratiâ , & ad lenienda geſtationis faſtidia emittitur, licet reapte fictitii non eſſent, uti reverà ſunt , Herophylo animadverſi fuerant, ut legitur apud Galenum libro ſecundo de ſemine, eoſdem quoque eleganter deſcripſit facundiſſimus Fernelius :* Ramuſculus enim arteriæ ſub exteriori ſpecie ductus ſeminiferi illis apparuit.

*Venarum portæ & cavæ Anaſtomoſes intra hepar ab ipſo Piccolhomino deſcriptæ fuerunt & delineatæ.*

*Ac denique ſpinalis medullæ divaricationem primus deſcripſit Columbus , quam poſteà delineavit Piccolhominus.*

*Obiit* 1619. *ætat* 87.

*Hiſtoria Anatomica humani Corporis , & ſingularum ejus partium, multis Controverſiis & Obſervationibus novis illuſtrata.*

*Pariſ.* 1600. *fol. reg.*
*Francof.* 1600. *fol. min.*
—— 1602 , 8*vo.* 1616. 8*vo. p.* 996. *
—— 1627. 8*vo.*

a Scripſit primò methodicam diviſionem & enumerationem partium corporis humani in ſex tabulas redactam. *Lutetiæ* , 1571. Cui editioni acceſſerunt tabulæ Anatomicæ corporis humani , conſcriptæ à Michaele D. S. Petro , Chirurgo Ducis Lotharingiæ. Opera omnia Gallicè à *Rouen*, 1649. *fol. p.* 863.

* *Franc.* 1615. 8*vo.*

*Opera omnia Anatomica & Medica.*

*Francoſ*, 1627. *fol.*

Gallicè,

*Pariſ.* 1646. *fol. p.* 596.

*In præfatione ait, ſe ſuperioribus annis opera quædam Anatomica in apertam lucem miſiſſe, quæ cum ipſi minus ſatisfacerent incudi reddenda, & iterum tundenda voluit.*

*Andr. Laurentii, D. M. opera Anatomica. In quibus hiſtoria ſingularum partium primùm accuratè deſcribitur, mox quæ in ea occurrunt controverſa enodantur, Hippocratis libri Anatomici illuſtrantur; & à recentiorum pæne innumeris Calumniis Galenus vindicatur.*

*Hanoviæ*, 1601. 8vo. *pag.* 736. *ſine figuris.*

*In hac editione ſic præfatur Richardus Laurentius auctoris frater:* Habes, ſtudioſe Lector, in hoc opere plane aureo ac divino, tanta fide, facilitate, ac diligentiâ expreſſam humani corporis vivam ac veram Anatomen, ut nihil de jure deſiderari poſſit; ſive quod viam ad Hippocratis, Galeni, ac aliorum tùm veterum tùm recentiorum auctorum locos Anatomicos inter ſe invicem diſſidentis conciliandos ac intelligendos paret, ſpectes; ſive quod eos qui in re Anatomica diligenter verſati ſunt, confirmet, memoriam augeat, judicium roboret, ſive denique quod ad perfectam & integram Anatomes cognitionem conducat. a

---

## HIERONYMUS FABRICIUS,

AB Aquapendente dictus, è civitate Aquilæ Tuſciæ inter Phaliſcos, Aquapendentis nomine, Parenti-
bus

a Opera anatomica Gallicè à *Paris.* 1610. 8*vo. p.* Andrè du Laurens de la conſervation de la veüe, des maladies melancholique, des Catarrhes, & de la vieilleſſe. *A Paris*, 1606. 12*mo. Ch.* 274. Deſcriptio oculi anatomica habetur à *Ch.* 30. ad *Ch.* 61. N. B. Petrus Laurembergius *Laurentium* pleraque ſua ex *Montano* deſcripſiſſe ait.



bus pauperibus natus. Patavii Græcæ Latinæque Linguæ rudimenta, mox & Philoſophiam didicit: Cum autem eſſet juvenis, ſingulari memoriâ & acri ingenio præditus, nobiles illi viri ſub quorum clientela literarum elementa hauſerat, illi ad medicinæ ſtudia ſe convertenti opem viciſſim tulerunt.

In medicinæ caſtris Gabrielem Falloppium, clariſſimum ejus facultatis præceptorem, habuit, cujus ex ore, cum ejus domum frequens adiret, & eodem familiariter uteretur, facultatis illius flores apis inſtar ſedulæ colligebat, & in Commentarios redigebat. Magiſtrum etiam in curandis vulneribus adjuvabat, & ubi res ferret, corporibus humanis ſecandis ſuam ipſi operam impendebat.

Doctoris tandem inſignia meritò conſecutus, maximo virtutis & gloriæ deſiderio flagrare cæpit. Itaque Præceptoris ſui veſtigium ſecutus ad morbos ſanandos, ad curanda vulnera, ad anatomen exercendam, ſeſe totum eo conatu contulit, ut decedente Falloppio nullus illo dignior vel aptior fit repertus, cui Anatomes exercendæ provincia à ſereniſſ. Republ. Veneta mandaretur. Magiſtro ſuo itaque ſucceſſit an. 1565. primò autem diſſectoris tantum munere fungebatur, & lectorem habuit Hieronymum Cappivaccium. Et an. 1584. in eodem Lycæo primus corpora cum frequentiſſimo ſpectatorum confluxu diſſecare cœpit. In theatro Anamico recens ornato conductus ad id munus mille coronatorum ſtipendio, ibique magnâ animi contentione, indefeſſo labore, & ſingulari omnium applauſu, Anatomen per annos 50 exercuit.

Ab eadem republica præterea eques *Divi Marci* creatus eſt, & Anteceſſoris ſupra ordinarii titulo, Collegii jure ac civitatis, nec non aurea torque decoratus.

Plurima opuſcula Anatomica, docta quidem & laborioſa eleganti dictione conſcripſit; & rem Anatomicam plurimis inventis auxit & emendavit.

*Anno* 1574. *Venarum oſtiola, ſ. membranula, aliquot tenuiſſima in interna cavitate venarum inter diſſecandum à ſe obſervata, ait, (quidem tamen ferunt eum de iis monitum fuiſſe à Patre Paulo Veneto) quas tabulis magnis ſeptem illuſtravit, veram tamen valvularum conſtitutionem uſumque aliis invenien-*

*dum reliquit, ut notat Kerkringius.*
*An.* 1599. *Muſculum parvum in meatu auditorio invenit, quem malleo aſſignavit.*

*Cuticulam duplicem eſſe affirmat.*

*Carnoſam tunicam veſicæ urinariæ pro muſculo expellente lotium primus habuit.*

Chirurgiam multis & variis animadverſionibus locupletavit, novis inſtrumentis inſtruxit, & faciliori methodo plurimas operationes ſic abſolvit, ut ejus tum ære tum ingenio Chirurgiam illuſtratam poſteri liberè fateantur.
Morbis omnibus, etiam cum de ſalute planè conclamatum videretur, mirabiliter occurrit.
Ob. Patavii 1619. æt. 82.

*Hieron. Fabricii ab Aquapendente de Viſione, Voce & Auditu.*

*Venet.* 1600. *fol.*

*Tractatus de oculo viſus organo continetur paginis* 133.
In epiſtola nuncupatoria ait, ſe cùm hunc tractatum ederet artem medicam annos jam prope 46. publicè in gymnaſio Patavino docuiſſe.
Hic etiam fusè ſuum aperit judicium de operibus Veſalii Anatomicis.

*Accedunt figuræ* 48. *oculum humanum & bovinum,* &c. *exprimentes tribus tabulis, &c. comprehenſa.*

*Tractatus de larynge vocis inſtrumento, pag.* 83.

*Adſunt figuræ* 38. *tabulis ſex complexæ.*

*Tractatus de aure auditus organo, pag.* 38.
*Adjecta eſt tabula unica fig.* 19. *continens.*

N. B. Ex iis figuris perpaucæ mutuatitiæ, ſed ad vivum autoris ipſius induſtria & labore delineatæ.

*Patavii,* 1603. *Fol.*
*Francof.* 1605. 1613. *Fol. min.*

*De venarum oſtiolis.*
*Patavii,* 1603. *Fol.*

*De locutione & ejus inſtrumentis, ibid.* 1603. *Fol.*

*Venet.* 1601. *à Joh. Urſino ed. 4to. pag.* 69. *cum figura una.*

*De*



*De brutorum loquela.*

*Patavii,* 1603. *Fol.*

*De formato fœtu.*

*Patav.* 1604. *Fol.*
*Venet.* 1620. *Fol.*

*De muſculi artificio, de oſſium articulationibus.*

*Vicentiæ,* 1614. *4to. p.* 214.

*De reſpiratione & ejus inſtrumentis, libri duo.*

*Patavii,* 1615. *4to. p.* 118.

Hoc opus 1599. literis fuit mandatum.
*De motu locali animalium ſecundum totum.*
*Patavii,* 1618. *4to.*

*De Gula, ventriculo, inteſtinis tractatus.*
*Patavii,* 1618. *4to. p.* 184.

*De totius animalis integumentis opuſculum.*
*Patavii,* 1618. *4to. p.* 64.

Prodiit etiam ſub fictitio nomine Hieronymi Senis.
*De cuticula, nec non de cute, pinguedine, & membrana carnoſa, à pag.* 1. *ad* 17.

*Opera anatomica.*

*De formato fœtu.*
*De formatione ovi & pulli.*
*De locutione & ejus inſtrumentis.*
*De brutorum loquela.*

*Patavii,* 1625. *Fol.*
*Francof.* 1623. *Fol.*

*Tractatus quatuor, quorum*

1. *De formato fœtu.*
2. *De locutione.*
3. *De loquela brutorum.*
4. *De venarum oſtiolis loquitur figuris æneis ornati ad calcem annexis.*

*Patav.* 1625. *Fol.*
*Francof.* 1624. 1648. *8vo. pag.* 158.

N. B. Tract. de *form. fœt.* impreſſus fuit an. 1641. Sed tres ſequentes an. 1624.

[a] *Opera omnia phiſiologica & anatomica in unum volumen redacta, una cum præfatione Joh. Bohnii, p. p. Lipſienſ.*

*Lipſiæ,* 1687. *Fol. p.* 552.



a *Hier. Fabric.* novum opus Anatomicum multis Obſervationibus raris refertum, cum figuris æri inciſis, *Patavii* 1625. *fol.*

Syllabus tractatuum qui in operibus hiſce continentur.

1. *De formatione ovi pennatorum & pulli*, *p.* 1.
2. *De formato fœtu*, *p.* 37.
3. *De gula*, *p.* 99.
4. *De ventriculo*, *p.* 107.
5. *De omento*, *p.* 123.
6. *De varietate ventricul. p.* 128.
7. *De inteſtinis*, *p.* 138.
8. *De meſenterio*, *p.* 149.
9. *De venarum oſtiolis*, *p.* 150.
10. *De reſpiratione*, *p.* 161.
11. *De muſculis thoracis*, *p.* 170.
12. *De diaphragmate*, *p.* 172.
13. *De muſculis intercoſtal. p.* 175.
14. *De pulmone*, *p.* 183.
15. *De oculo*, *p.* 187.
16. *De aure*, *p.* 249.
17. *De larynge*, *p.* 268.
18. *De locutione*, *p.* 306.
19. *De brutorum loquela*, *p.* 319.
20. *De motu locali*, i. e. *greſſu*, *volatu*, *natatu*, *reptatu*, *p.* 332.
21. *De muſculi fabrica*, 383. *Utilitatibus*, *Actione*, 398.
22. *De articulorum ſtructura*, *p.* 421.
23. *De integumentis totius animalis*, *p.* 438.

---

## HIPPOLITUS BOSCUS

Ferrarienſis.

*De facultate anatomica per breves lectiones cum quibuſdam obſervationibus.*

*Ferrariæ*, 1600. 4*to.*

---

## MICHAEL POLL

*De Auditu.*

*Francofurti ad Oderam*, 1600. 4*to.*

*Structura anthropologica*, *ſive ſomatologica*, *quam ex optimis quibuſnam phyſiologicis & peritiſſimis anatomicis aptè conſtructam in medicinæ ſtudioſorum gratiam publici juris fecit.*

*Brandenburgi*, 1616. 4*to.*

JU-



---

## JULIUS CASSERIUS

Natus Placentiæ in Italia an. 1545. indeque à patria communiter dictus Placentinus. Philoſophus, medicus, chirurgus & anatomicus pereximius. Parentibus humilibus ac pauperibus ortus eſt fortunam adverſam paſſus Patavium adiit, ubi cum Aquapendentis famulatui ſe dediſſet, ex famulo auditor, & ex auditore diſcipulus factus eſt, & feliciſſimis ejusdem auſpiciis, utriusque medicinæ facultatis phyſicæ nimirum & chirurgiæ laureâ tandem decoratus, demortui demum in locum ſuffectus eſt applaudentibus univerſis ſtudentium ordinibus.

Vir fuit ingenio acri & ad literarum ſtudia propenſiſſimus. Æmulo doctrinæ ſtudio ſeſe præceptori ſuo conferre voluit, imo ſuperare tentavit in labore conſimili, quem circa idem tempus promulgavit, ſed irrito conatu, cum ejus labor multis paraſangis diſtet ab opere Fabricii ad mentem Riolani, me verò judice, Fabricius philoſophus fuit illo præſtantior, ille tamen in anatomicis fuit magis exercitatus ac ſector occulatior.

Ob. 1605. æt. 60.

*Jul. Caſſ. Placent. Philoſ. & Med. Patavii utramque medicinam exercentis de vocis auditusque organis hiſtoria anatomica*, *ſingulari fide*, *methodo ac induſtria concinnata tractatibus duobus explicata*, *ac variis iconibus ære excuſis illuſtrata.*

*Tractatus primus de laryngis vocis organi hiſt. anatom. libri tres.*

*Ferrariæ*, 1601. *Fol. reg. pag.* 191.

*Figuræ harum partium tam in homine quam in multis aliis animantibus tabulis* 22. *comprehenſæ*, *ab honorabili viro Joſepho Meurero Germano pictore in ædibus ſuis habitante pro pingendis figuris anatomicis delineatæ fuerant.*

*Tractatus ſecundus de auris auditus organi hiſt anat.*

*Ferrariæ*, 1600. *Fol reg. pag.* 126.



Fi-

*Figuræ partium iſtius organi in homine Quadrupedibus, Volatilibus, & Piſcibus, tabulis undecim complectuntur: ab eodem delineatæ. Vide cap. 13. lib. 1. de Muſculis auris internæ. Ubi etiam monet auctor ſe obſervaſſe muſculum in auditorio meatu, an 1593.*

*Ambo etiam impreſſi Venet. 1600. Fol.*

*Pentæſtheion hoc eſt de 5. ſenſibus liber, organorum fabricam variis iconibus fideliter ære inciſis illuſtratum, necnon actionum & uſum diſcurſu anatomico & philoſophico accuratè explicata continens.*

*Venet. 1609. reg. Fol. pag. 346.*

*Francof. 1622. ſub titulo ſequente.*

*Nova anatomia continens accuratam organorum ſenſilium tam humanorum quam animalium brutorum, & delineationem æreis figuris affabrè depictis intuentium oculis ſubjecta & deſcriptionem dilucido ſermonis genere explicata continens.*

*

*Lib. 1. agit de tactus organo ad pag. 51.*

*De ſenſibus in genere, ad pag. 17.*

*De cuticula & cutis ſtructura.*

*Vola manus cum planta pedis nonnullique muſculi digitos moventes cum tendine lato ſex figuris duabus tabulis comprehenſis exhibentur.*

*Liber 2. de linguæ guſtus organi fabrica, ad p. 92.*

*Tres ſolummodo muſculos linguæ attribuit.*

*De oſſe hyoeide & ejus muſculis. Accedunt tabulæ ſex.*

*Lib. 3. De fabrica naſi, ad p. 147.*

*De muſculis naſi; duorum muſculorum exiguorum naſi propriorum myrti folium figura referentium ſe inventorem jactat.*

*De Oſſe Æthmoeide.*
*De Criſta Galli.*
*De Sella Sphænoeidis.*
*De Oſſibus Genarum. Addita*

* *Nova Anatomia &c. Franc. 1602. Fol.*



*dita ſunt Tabulæ 7.*

*Tractatus de auris auditus organi ſtructura, lib. 4. ad pag. 265.*

*Locupletatur tabulis undecim, de quibus anteà dictum.*

*Tractatus de oculi fabrica, lib. 5. ad pag. 345. ſ. finem.*

*De Trochlea, pag. 286.*
*De Organo visûs, p. 323.*
*Pag. 345. Acceſſit Tractatus de Lachrymis.*

Elegantiſſimis iconibus novis tabulis 78. comprehenſis rem anatomicam locupletavit, quas omnes tam editas quam nondum editas, *Daniel Bucretius* ab interitu vindicavit, dum eas cum Spigelii libro anatomico cudi & conjungi curavit, 20 quæ deerant ſupplevit, & ſuis interpretationibus illuſtravit.

*Venet. 1627. reg. fol.*
*Francof. 1632. 4to.*

De hiſce figuris in præfatione in librum de vocis auditusque organis ſic loquitur author: 'De totius humani 'corporis fabrica imagines in 'lucem dabo omnibus per'fectas numeris & abſolutas 'quæque fortaſſe cæteras om'nes quotquot hactenus pro'diêre elegantiâ, perſpicui'tate, artificio, ac denique 'ſtudio ſuperant univerſas, 'ita fiet aliquando ut iis tan'quam perfectiſſimo magi'ſtro quilibet in ſectionibus 'uti, & partes quaſque hu'mani corporis ſeparare, 'diſtinguere & internoſcere 'facilè valeat.

Et in præfatione ad librum cui titulus de 5 ſenſibus octo annos poſt priorem in lucem emiſſum idem promittit hiſce verbis, 'Ita quoque 'propediem in tuum com'modum & anatomici ſtudii 'incrementum, *Theatrum* 'meum quod effectum mihi 'eſt in manibus, opus, om'nium partium fabricam, 'actiones uſus continens, 'cum magnâ obſervationum 'multarum, novarum opi'nionum, & vivarum tabu'larum varietate, edendum 'curabo.

Tabulas haſce artificio ſingulari ac elegantia delineavit Eduardus *Faletti*, Bononienſis pictor egregius; & eaſdem Franciſcus *Valleſi* Venetus æri incudit, qui gryptarum ſui temporis fuit Coryphæus.

## FEDERICUS BONAVENTURA,

URbinas.

*De natura partûs octimeſtris adverſus vulgarem opinionem lib.* 10. *In quibus abſolutiſſima de natura humani partûs cognitio traditur.*

*Francof.* 1601. *fol.*
*Venet.* 1602. *fol.*

## CHRISTOPHERUS GUARINOMIUS,

NAtus Veronæ, ubi Medicinam fæliciſſimè exercuit, tùm Ducis Urbani Archiater, & deinde Imperatoris Rudolphi ſecundi Conſiliarius & Medicus Aulicus factus eſt. Claruit an. 1600.

*De natura humana ſermones* 4.

*Francof.* 1601. *4to.*

*De generatione viventium.*

*Ibid. an. eod. 4to.*

*De principio venarum.*

*Ibid. 4to.*

## JOHANNES JESSENIUS à JESSEN,

HUngarus, Eques & Medicus regius, & Academiæ Pragenſis Cancellarius. Natus fuit an 1566. Ob. 1621.

*Anatomiæ Pragæ anno* 1600. *à ſe ſolenniter adminiſtratæ hiſtoria, acceſſit ejusdem de oſſibus tractatus.*

*Witteberga*, 1601, *8vo. p.* 160.

*Examen obſervationum Falloppii in publicum reduxit, an* 1610.

*De generationis ac vitæ humanæ periodis. Extat cum Galeot. Mart. de homine.*

*Scripſit etiam hiſtoriam anatomicam.*

SYL-



## SYLVIUS LANCEANUS,

MOnticælianus.

*De Mola generatione.*

*De Fœtûs formatione*, &c.

*Romæ*, 1602. *8vo.*

## BAPTISTA CODRONCHIUS,

IMolenſis. Medicus & Philoſophus.

*Libellus de morbo novo prolapſu, ſcil. mucronatæ Cartilaginis.*
*Extat in Commentariolo ejusdem de morbis Imolæ & alibi graſſantibus*, *an.* 1602.

*Bononiæ & Venet.* 1603. *4to. à pag:* 45. *ad p.* 62.

*De ſtructura oſſis pectoris, & Cartilaginis mucronatæ*, *Cap.* 3.

*De Uſu mucronatæ Cartilaginis*, *Cap.* 4.

*De vitiis Vocis.*

*Francof.* 1607. *8vo.*

## JOHANNES PHILIPPUS INGRASSIAS,

SIculus, Rachalbutenſis dictus, quia Rachelburgi in Sicilia natus. Floruit circa an. 1546. Philoſophus & Medicinæ Doctor præclariſſimus Regni Siciliæ, necnon Philippi ſecundi Archiater, qui illum protomedicalibus inſignibus & juribus, durante vitâ quod rariſſimè aliis concedebatur, condecoravit. Anteà autem in almo Neapolitano Gymnaſio publicus & ordinarius Profeſſor, ubi res anatomicas innumero auditorum cœtu applaudente multis annis demonſtravit. Poſtmodum verò patriæ ſuorumque amore attractus, in Siciliam reverſus eſt, ubi mox peſtiferam Ingluviem, quæ in hoc reg-



no

no graſſabatur, ſolertiſſimè profligavit, ut hinc non ab re Siculus Hippocrates meritò diceretur.

Literis ita fuit addictus, ut nihilum obſtante ſenio ſæpiſſimè noctes totas pro bonorum auctorum lectione inſomnes duxerit.

In arte anatomica ſedulò laboravit, non ſine nominis ſui gloriâ, artiſque incremento, ut *Stapes oſſiculorum auditus tertium & alia multa teſtantur.* Hoc enim oſſiculum an. 1546. Neapoli advenit dum publicè doceret, quo autem modo id oſſiculum primò illi cognitum fuerit, narrat hiſce verbis. 'Anno ſcil. prædicto dum 'publicè Neapoli Theoricam '& Practicam, ambas Me'dicinæ ſic vocatas partes, 'atque Anatomen quoque 'profiteremur, id tertium 'oſſiculum non invenimus 'ſed reperimus, ipſum enim 'minimè quærebamus quia 'nullam de eo notitiam ne'que ſuſpicionem habeba'mus; ſcalpro autem mal'leoque auris oſſa percu'tientes, ut internas caver'nulas & in ipſis contentas 'ſubſtantias circumſtantibus 'ſcholaribus noſtris oſtende'remus: ubi jam duo prio'ra oſſicula demonſtraveri'mus, tertium id oſſiculum 'neſcio quo modo in Tabu'læ plano caſu potiùs inſpe'ximus, cuique è veſtigio 'Staphæ primum nomen im'poſuimus, aliquando etiam 'Os Deltoeides nuncupavi'mus.

Galeni librum de oſſibus in gratiam tyronum Anatomesque candidatorum annotationibus elucidavit, præſertim ubi Galenus ſimiarum inſpectione deceptus à vera hominis conſtructione ac ſceleto declinat, modeſtè veritate propalata (quæ omnibus eſt præferenda) habitaque Galeni medicorum proculdubio luminis ubique reverentia.

Ubi inter alia genuinam *Oſſis Cribroſi* fabricam, nemini anteà notam declarat.

Quod auctor, poſt edita in lucem opera Faloppii & Columbi hocce opus propria manu literis mandavit, ex eo liquet, quod Columbum carpat quod *Staphæ* inventionem ſibi arroget, ejuſque inventorum aliquot mentionem faciat. Huc ſpectat quod memoriæ prodidit Jaſſolinus, ſe ſcil. ante an. 1573. Chyrographum Meſſanæ vidiſſe.

Quo tempore fatis ceſſerit auctor incertum eſt, ſed in epiſtola ad Julium Jaſſolinum prædictum Panhormi data, anno 1576. ita conqueritur. *Cumque ſenio jam confectus hujuſmodi adminiſtrationes velim, nolim omittere coactus fuerim.* ——

*In Galeni librum de Oſſibus doctiſſima & expectatiſſima commentaria nunc primùm ſedulò in lucem edita, & aptè naturam imitantibus iconibus inſignita, quibus appoſitus eſt Græcus Galeni Contextus, unà cum nova & fideli ejusdem Ingraſſiæ in latinum verſione.*

*Panormi*, 1603. *fol. p.* 276.



*Venet.* 1604. *fol.*

*Figuræ ex Veſalio & Valverda deſumuntur.*

Nicolaus Ingraſſias in Epiſtola nuncupatoria refert Phil. Ingraſſ. avum ſuum hoc commentarium literarum typis mandare in animo habuiſſe, ſed morte cœptis ejus, interveniente anno proximo ſibi in mandatis à ſenatu panhormitano datum fuiſſe ut librum illum quamprimum excudi curaret.

---

## BARTHOLOMÆUS CABROLIUS,

Aquitanus. Profeſſor anatomiæ in academia Monſpelienſi, & chirurgus regius, necnon domini Mommorancii, Franciæ conneſtabuli. Studiorum ſuorum curſum in academia prædicta an. 1558. explevit.

*Alphabeton Anatomicon*: i. e. *Anatomes Elenchus accuratiſſimus omnes humani corporis partes ea qua ſolent ſecari methodo delineans. Acceſſere oſteologia, obſervationeſque medicis ac Chirurgis perutiles.*

*Genevæ*, 1604. 4to. *p.* 114. *

*Hic liber* videtur eſſe epitome operis anatomici Plateri.

In Obſ. tertia ſubſtantiam *teſtium* poſt Arantium proponit.

Gallicè.

*Genevæ*, 1624. 4to. *p.* 110. **

*Collegium anatomicum clariſſi-*

* Hoc primo Gallice conſcriptum, *& dein latiò donatum*, ut patet ex dedicatione. Ed. Gen. 1604.

** *Ontleeding des Menſchelyken Lichaams, eertyts in 't Latyn*

*riſſimorum trium virorum, Jaſſolini, Severini, Cabrolii.* | *Francof.* 1668. 4*to.*

---

## SCIPION MERCURI

Philoſophus & medicus Romanus.

*La commare orucoglitrice.*

*In Venetia* 1604. 4*to.p.*363.

In hoc libro obſtreticali multa de partibus generationis & partu traduntur.

*

---

## GEORGIUS GRASECCIUS

Med. Doct. & practicus Argentinenſis.

*Examen* τοῦ μικροσμικοῦ διαγρου, *In quo fabrica humani corporis maſculumve præſentantis, ejusque præcipuè partes tam externæ & internæ, quàm ſimilares & diſſimilares affabre* τῇ αὐτοψίᾳ *demonſtrantis, cum cujusque partis quo quælibet præter naturam affectu tentari poteſt ſuccincta notatione methodo anatomica in unum quaſi corpus congeſtum.*

*Argentinæ,* 1605. 8*vo. min. p.* 722.

---

## GEORGIUS HORSTIUS

Torgenſis.

*Nobilium exercitationum de humano corpore (in quo de na-*

*beſchreeven door Bartholomæus Cabrolius, nu verduytſcht en met byvoegſelen als ook Figueren verrycht door V. F. Plempius, Amſt.* 1633. *fol.*

* Idem liber in Germanicam linguam verſus, multisque in locis auctus à *God. Welſch. Phil. & Med. D. & Profeſſ. & Facultatis Medicæ in univerſ. Lipſienſ Aſſeſſore. Lipſ.* 1653. 4*to.*



*natura atque uſu partium humani corporis tam rationibus quàm anatomica experientia pulcherrimè diſſeritur) & de anima.*

*Wittebergæ,* 1604. 1607. 8*vo. p.* 334.

---

## MENELAUS WINSENIUS.

*Compendium anatomiæ diſputationibus triginta ſub ejus præſidio, in illuſtri academia Franequerana propoſitum.*

*Franequeræ,* 1605. 4*to.*

---

## GREGORIUS HORSTIUS, ſen.

Natus Torgæ ad Albim oppido 1578. Philoſophiæ magiſter Wittebergæ, an. 1601. factus eſt, poſt in Auſtria ſuperiori per biennium ferè praxin medicam exercet. Creatur M. D. Baſiliæ Rauracorum an. 1606. & ſub ejusdem anni exitum in numerum profeſſorum medicorum Wittebergenſium recipitur. Anno ſeq. Soltquellam veteris Marchii Branderburgici abiit, exactoque annuo tantum ſpatio à Ludovico cognominato Fideli Haſſiæ Landgravio Gieſſæ proff. medic. & paùlò pòſt dicti principis Archiater conſtituitur. An. 1622. ab Ulmenſi republica medicus expetitur, ibique per annos 14. commoratus, an 1636. æt. 58. fatis ceſſit.

*Scepſis de naturali conſervatione & cruentatione cadaverum. Addita exercitatione de ſomno &c.*

*Wittebergæ,* 1606. 1608. 8*vo.*

*De natura humana libri duo, quorum prior de corporis ſtructura, poſterior de anima tractat, à pag.* 337. *commentariis aucti, figuriſque novis anatomicis æri inciſis exornati, cum præfatione de anatomia vitali & mortua.*

*Wittebergæ,* 1607. 8*vo.*

Libro huic attexuntur tabulæ

bulæ 27. ex Andrea Laurentio, queis aliam vaſa emulgentia & ſpermatica cum utero in corpore mulieris publicè Witteb. anno 1607. diſſectæ proponentem adjunxit.

*Francof.* 1612. *4to. p.* 510.
*Ulmæ*, 1628. *4to.*
*Norimbergæ*, 1652. *4to.*

*Anatome corporis humani menſe Octobri* 1617. *inſtituta memoriæ cauſa in gratiam dominorum ſpectatorum tabula comprehenſa, & ad librum primum de natura hominis accommodata.*

*Gieſſæ*, 1617. *Fol.*

*De natura motus animalis, & voluntarii exercitatio ſingularis.*

*Gieſſæ*, 1617. *4to.*

*Obſervationum medicarum ſingularium lib.* iv. *His acceſſit epiſtolarum & conſultationum medicarum, &c. liber, in quo varia extant anatomica.*

*Ulmæ*, 1628. *4to.*
*Norimb.* 1652. *4to.*

*De cauſis ſimilitudinis & diſſimilitudinis in fœtu reſpectu parentum, &c. cui annexa eſt reſolutio quæſtionis de diverſo partus tempore imprimis quod de ſeptimeſtri & octimeſtri partu ſentiendum.*

*Gieſſæ*, 1617. *4to.*

*Opera medica.*

*Norimbergæ*, 1660. *Fol.*
*Goudæ*, 1661. *4to. tom.* iii.

## ILFONSUS NUNESIUS.

*DE Pulſibus.*

*Salmanticæ.* 1606. *4to.*

## PHILIPPUS MONTALTO

LUſitanus.

*Optica intra philoſophiæ & medicæ aream, de viſu, & viſus organo.*

*Florent.* 1606.

LU-



## LUDOVICUS SEPTALIUS

NAtus Mediolani, an. 1550. academiæ Ticini, & poſteà Mediolani medicinæ prof. ordinarius, & in ſtatu Mediolanenſi protophyſicus generalis.

Ob. Mediolani 1630. Octuagenario major.

*De nævis liber.*

*Mediolani*, 1606.

*Patavii*, 1628. *8vo.*
*Argent.* 1629. *8vo.*
*Patav.* 1651.

*De morbis ex mucronata cartilagine evenientibus.*

*Mediolani*, 1632. *8vo.*

Hic traditur fabrica cartilaginis prædictæ.

## ADAMUS LUCHTENIUS.

Q*Uæſtio de Adipe.*

*Helmſtadi*, 1607. *4to.*

## LATINUS TANCREDUS,

CAmerotanus.

*De fame & ſiti, Lib.* 3.

*Venet.* 1607. *4to.*

## JOHANNES RIOLANUS,

JOh. Ambiani filius, origine & ordine Pariſienſis. M. D. in Academia Pariſienſi, anatomes & herbariæ Profeſſor regius atque Decanus, Reginæ Mariæ Mediceæ Matris

tris Regis Ludovici 13. primarius Medicus per decennium, & poſtremus.

Nat. an. 1577.

Anno 1607. Scriptis quibusdam anatomicis inclareſcere cœpit. Et an. 1617. univerſo medicorum conſenſu provincia docendi & adminiſtrandi anatomen per quadriennium illi ſoli demandata fuit. Multis novis inventis ſummâ ipſius in ſecando dexteritate & aſſiduitate ſingulari ortis, artem anatomicam ditavit, & elegantioribus obſcuriorum explicationibus ſtylo ſatis eleganti locupletavit, de quo in ſua *Antrhopographia* audacter nimis, & ad faſtidium gloriatur. 'Audacter dicam, '*inquit*, citra faſtum & arrogantiam corpus humanum à multis diſſectum & deſcriptum fuiſſe, ſed à nemine tam accuratè ſectum, examinatum & deſcriptum, quam fuit noſtris laboribus patefactum.

Tanto hiatu illum vix dignum protuliſſe palam eſt, nec eſt quod cæteros Anatomicos quaſi ſolus ſaperet, ſibi poſthabeat, nigrâve notâ ullius vultum maculet, præſertim cùm laboribus magnis ſibi ipſis famam nullo mobilem ævo compararint. Id certè eximiis animæ ejus dotibus nigrorem quaſi inducit, quod Tyrannidem Anatomicam affectaverit, viriſque doctis ſibi contemporaneis illi experientiâ & eruditione minimè ſecundis famam extinxiſſe annitus fuerit.

Dum in Anglia degeret, ſe ſæpiùs ab Harvæo fuiſſe interpellatum refert, ut ſenſum ſuum de circulatione ſanguinis aperiret, ſed non potuit ſuas dubitandi rationes liberè proferre, quia exterris & transfuga cum ſereniſſima ſua domina. Sed poſtmodum in patriam reverſus anno 1645. ab itinere decennali cum Maria Medicæa ſenſum ſuum non diutius ſuppreſſit, & circulationem in vaſis tantum majoribus celebratam ſcriptis prodidit, in extremis enim vaſis eum in partes nutriendas abſumi vult.

Tanta dexteritate & artificio partes humani corporis ſecabat, ſine ulla aut parca ſanguinis effuſione, ut linteaminibus, lineiſve brachialibus non indigeret, imò eâdem tunicâ indutus & ſecare & ſuggeſtum aſcendere ad docendum ſolebat.

Primus notavit *Coli appendiculas pingues.*

Membranam carnoſam ab adipoſa non diſtinguit.

*Subſtantiam teſticulorum fibroſam* obſervavit, cum ſæpiùs teſticulos putrefactos digitis diſcerperet, & in fibras ſemicubito longiores produceret. Simile tamen à *Theoph. Protoſpat.* olim animadverſum fuit.

*Cuticulam Æthiopum* ſolùm nigredine tinctam, cutemque ſubjectam nive candidiorem ſtatuit.

*Anaſtomaſes vaſorum epigaſtricorum cum mammariis* in mulieribus, non verò in viris, admittit.

*Ductibus hepatiris & cyſticis* nomina primùm impoſuit, nullamque valvulam extremitati ductûs communis præfici, ſed ſolummodò rugoſitatem quandam, ſcriptis prodidit.

*Hymen* ex ejus ſententia eſt circulus ſeu membrana orbicularis vaginæ transverſim obtenſa, in medio foramine anguſto pertuſa, & ex cujus dilaceratione conſlantur tubercula carnoſa, *carunculæ myrtiformes* vulgo dictæ.

Obſervat *Tuberculum in canali cervicis uteri* veri, in hunc finem extructum ut foramen exquiſitiùs claudatur.

*Venas lacteas meſentericas* propagines eſſe venæ portæ affirmat. Hyparxin ſeu exiſtentiam ductûs thoracici concedit, uſum verò ab auctore *Pecqueto* aſſignatum rejicit.

Perperam obſervat multos anatomicos originem muſculi *Coracohyoidæi* à proceſſu Coracoide deduxiſſe, cùm Galenus, Veſalius & alii, eundem à ſcapularum ſuperno latere pronaſci ſtatuerunt.

*Os hyoides* ſuâ cavitate linguam excipit judicio omnium anatomicorum; ſed, *ut ille primus obſervavit*, autopſia demonſtrat ſolam epiglottim eo ſinu admitti, & linguam ſuperno lateri baſis inniti.

Ligamentum à *Styloide apophyſi* usque ad angulum maxillæ infernæ produci notavit primus.

*Muſculorum Uvulæ* inventorem ſe fuiſſe jactitat, ejusque labori debere iſtud inventum: eos tamen à *Falloppio*, tum internos tum externos, maxima cum diligentia deſcriptos invenies; pag.

*pag.* 238. *Obſ. Anatom.* Edit. *Venet.* an. 1584.

*Schola Anatomica, novis & raris obſervationibus illuſtrata, cui adjuncta eſt accurata fœtûs humani hiſtoria.*

*Pariſ.* 1607. *8vo.* 1609.
*Genev.* 1624. *8vo.*

*Anatome Corporis humani per Johannem Riolanum filium anatomicum regium.*

*Pariſ.* 1610. *fol.* 187.

*Extat etiam cum operibus patris ſui editis an. eod. Pariſiis.*

*Oſteologia ex Hippocratis libris eruta, collecta, & in ordinem digeſta.*

*Pariſ.* 1614. *8vo.*

*Anthropographia ex propriis, & novis obſervationibus collecta, concinnata. In qua facilis ac fidelis & accurata manuductio ad Anatomen traditur, prout ab ipſo quotannis publicè & privatim docetur, adminiſtratur & demonſtratur in celeberrima Pariſienſium academia.*

*Pariſ.* 1618. *8vo. p.* 666.

*Huic editioni acceſſerunt Anatomica humani fœtûs hiſtoria. Nec non viventis animalis obſervationes anatomicæ.*

*Anthropographia & Oſteologia. Omnia recognita, triplò auctiora & emendatiora ex propriis, ac novis cogitationibus & obſervationibus.*

*Pariſ.* 1626. *4to. p.* 938.

*Iſagoge de oſſibus, p.*678.

*Oſteologia infantis uſque ad ſeptennium. p.* 707.

*Commentarius didacticus apologeticus, in Galeni librum de Oſſibus, p.* 720.

*Simiæ Oſteologia, ſive oſſium ſimiæ & hominis comparatio, pag.* 990.

*Oſteologia Corporis humani ex Hippocrate eruta, collecta, & in ordinem digeſta, p.* 911.

*Appendix omiſſorum à p.* 924. *ad finem.*

*Tractatus hi Oſteologici editi primò fuerunt an.* 1614. *Paris.*

*Opera Anatomica vetera recognita & auctiora quam plura nova.*

*Lutetiæ Pariſ.* 1649. *fol. pag.* 872.



*De motu circulatorio ſanguinis, pag.* 539.

*Notæ in duas epiſtolas Joh. Wallæi, pag.* 605.

*Animadverſiones in opus Anatomicum Andr. Laurentii, pag.* 625.

*Animad. in Caſp. Bauhin. pag.* 585.

—— *in Ad. Spigel. p.*735.

—— *in Caſp. Barthol. p.* 758.

—— *in Caſp. Hoffman. p.* 789.

—— *in Joh. Veſling. p.* 805.

—— *in Æmil. Pariſan. p.* 845.

*Prætermiſſa à p.* 860. *ad finem.*

*Londini,* 1649. *4to. p.* 536.

*Sub hoc titulo.*

*Opuſcula Anatomica nova quæ nunc primùm in lucem prodeunt.* a

*Enchiridium Anatomicum & Pathologicum, in quo ex naturali conſtitutione partium, receſſus à naturali ſtatu demonſtratur. Ad uſum Theatri Anatomici adornatum.*

*Pariſ.* 1658. *8vò. p.* 610.

a Joannis Riolani antiquioris Scholæ medicæ Pariſienſis Decani, nec non profeſſorum regiorum Decani, & primarii reginæ matris Regis *Ludovicii* XIII. medici per decennium ac poſtremi, *Opuſcula Anatomica varia & nova; imprimis, de Motu ſanguinis ejuſque Circulatione vera, ex doctrina Hippocratis.* Item Notationes in 1. exercit. anat. D. *Harvæi* de motu cordis. *Highmor.* Angl. Anacephaleoſis. Totius ſanguinis circulati per univerſum corpus examinata Anatome pneumatica. Reſponſio ad duas exercitationes poſtremas ejusdem D. *Harvæi* adverſus Riolanum de circulatione ſanguinis. Notationes D. *Gaſſendi* de circulatione ſanguinis. Diſquiſitio de tranſpoſitione partium naturalium & vitalium in corpore humano. Reſponſio ad experimenta nova anatomica de venis lacteis, authore Jo. *Pecqueto.* Admonitio ad D. Petr. *Guiffartum* de cordis officio novo. Riolani defenſio adverſus inquiſitionem Pauli Marquati *Slegelii* de motu ſanguinis. Digreſſio in circulationem ſanguinis nuper in Anglia natam, excerpta ex MSS. Phyſiologico Caſp. Hofm. quod D. Patinus poſſidet. Correctiones Anthropographiæ ex Riolani recognitione. *Pariſ.* 1652. *12mo. p.* 381.

1648. 12*mo.* *p.* 634,
*Lugd. Batav.* 1649. 8*vo.* *pag.* 471. *cum iconibus elegantiſſimis.*
*Jenæ*, 1674. 8*vo.*
*Lugd. Batav.* 1675. 8*vo.*
*Francof.* 1677. 8*vo.*
*Lipſiæ*, 1675. *p.* 484.

*Manuel Anatomique, & Pathologique, ou abregé de toute l'Anatomie: & des Uſages que l'on en peut tirer pour la connoiſſance & pour la gueriſon des maladies.*

*A Lyon.* 1682. 8*vo. min. p.* 779.

Acceſſunt opuſcula ſequentia Gallicè etiam verſa.

*Opuſcula quædam phyſiologica medica.*

1. *Commentatio adverſus novum de venis lacteis commentum*, *pag.* 1.

2. *Diſſertationes 7. de motu ſanguinis in hominibus ac brutis*, *pag.* 14.

3. *Diſſertatio de unguibus*, *p.*

4. *Diſſertatio de Pilis*, *p.* 98.

5. *Diſſertatio de Valvulis Venarum*, *p.* 124.

6. *De Anatome Pneumatica*, *p.* 131.

7. *Obſervatio Caroli Azturi Pleſſii de calculo facta an.* 1651. *p.* 138.

8. *Acceſſit anatomica humani fœtûs hiſtoria, & adjectæ ſunt animalis viventis Obſerv. Anatomiæ*, *p.* 111.

*Genevæ.*

## THOMAS CORNACCHINUS,

ARætinus, Archiater & Profeſſor Piſanus primarius & celeberrimus. Practicam enim medicinam ibidem publicè docuit.

*Medicina practica, rationalis & empyrica, tabulis 162 comprehenſa.*

*Venet*, 1607. *fol.*
*Patav.* 1609. *fol*, 368.

*Pag.* 20. *Capitis Anathome.*
*Pag.* 86. *De Laringe, Uvula Tonſillis.*
*Pulmonis Anathome*, *p.* 96.
*De pulſibus*, *p.* 312.
*De Urinis*, *p.* 328.

ALEX-



## ALEXANDER MASSARIAS,

VIcentinus. In patria annos 25 Medicinam exercuit, & in Olympicorum academia, omnium Italiæ florentiſſima Anatomen explicavit. An. 1578. Venetias progreſſus Principem in Collegio medicorum locum ibi obtinuit, & per integrum novenniumMedicinam fecit. Tandem Patavii Medicinam Practicam profiteri cœpit 1587. ubi Senio confectus, ob. 1598. *Hic ille eſt ſcriptor qui palam faſſus eſt, ſe malle cum Galeno errare, quam cum recentioribus vera dicere.*

*Tractatus de Urinis & Pulſibus.*

*Francof.* 1608.

*Opera Medica.*

*Lugduni*, 1634.

## BERNHARDINUS CAIUS,

VEnetus.

*De alimentis quæ cuique naturæ conveniant Liber. In quo de octimeſtri partu cumulatiſſimè diſputatur.*

*Venet.* 1608. 4*to.* 1610. 4*to.*

## HECTOR SCLANOVIUS,

D*iaſcepſis Anatomica de vaſis umbilicalibus & ſecundinis*, &c.

*Francof.* 1608. 8*vo.*

N 3 TO-

## TOBIAS KNOBLOCHIUS,

MArco-Bretanus.

*Diſputationes Anatomicæ & Phyſiologicæ recens editæ, & plurimis in locis locupletatæ, figuris æneis variis & novis illuſtratæ.*

*Onolzbachii*, 1608. 4*to.* 1612. 8*vo.*
*Lipſiæ*, 1612. 8*vo.* *

## JOHANNES BAPTISTA de GELLO,

FLorentinus. Ob. 1568.

*De natura humanæ fabricæ, dialogi decem.*

*Ambergæ*, 1609. 12*mo.*

*Olim Opuſculum ab auctore Academico Florentino, Italico ſermone proditum, nunc multis in locis reſtitutum, & in Latinmm converſum à Joh. Wolphæo.*

## MUNDINUS MUNDINIUS,

VIcentinus.

*Diſputatio in tres partes diviſa. In qua ea quæ de ſemine ſunt contraverſa inter Peripateticos, veteres Medicos, & doctiſſimos quoſdam Neotericos, accuratiſſimè diſcutiuntur.*

*Tarviſ.* 1609. 4*to.*
*Venet. an. eod. & forma ead.*

*De genitura, pro Galenicis adverſus Peripateticos & noſtræ ætatis Philoſophos ac Medicos diſputatio. In qua nova præſertim dogmata ſpectantia ad fœtuum generationem, &c. refelluntur.*

*Venet.* 1622. 4*to.*

*Ad diſputationem de genitura additamentum apologeticum contra Æmilium Pariſanum.*

*Venet.* 1625. 4*to.*

* *Inſtitutiones Anatomicæ & Pſychologicæ recens editæ, &c. Auctore Tobia Knoblochio, Marcobrettano Fr. Phil. & Med. D. ac Onoltzbacenſium Phyſico ordinario. Witteberg.* 1661. 8*vo.*



## THEODORUS BARONIUS,

MEdicus & Philoſophus Cremonenſis, Horatii Augenii Diſcipulus.

*De Operationis meiendi triplice læſione & curatione libri duo.*

*Papiæ*, 1609. 4*to. p.* 294.

Pag. 2. Inſtrumenta urinaria breviter deſcribuntur.

## JACOBUS de MARQUE,

MAgiſter Chirurgus Barbitonſor Pariſienſis.

*Paradoxe ou traitè medullaire, auquell eſt amplement prouvé contre l'opinion commune & vulgaire, que la moëlle n'eſt pas la nourriture des os.*

*Paris*, 1609. 8*vo. p.* 238.

*Primus notavit medullam incluſam in nutricatu oſſium minimè cedere.*

## GALEOTTUS MARTIUS,

NArnienſis Italus medicus non ineruditus. Flor. circa an. 1535. vel ſecundum alios, 1490.

*De homine libri duo. Georgii Merulæ in Galeottum Annotationes.*

*Oppenhemii*, 1610.

*Additis Johannis Jeſſenii à Jeſſen de Generationis & vitæ humanæ periodis tracta-* ti-

*tibus.*

*Baſil.* 1617. 4to.
*Francof.* 1619. 8vo.

## DAVID HERLICIUS,

GErmanus. Cicenſ. Miſn. Phil. M. Aſtronomus, Poeta. Phyſicus primùm Primiſlav. & Auclamentis, poſteà Mathematicus Profeſſ. Griphiſwaldenſis, inde M. D. Phyſ. Stargard. Nat. an. 1557. Ob. 1636.

*Evulgavit Tractatum de Cura Gravidarum, Puerperarum & Infantum. Germanico idiomate.*

*Altenæ*, 1610. 4to. p. 234.

Cap. 1. *De Matrice vel Utero*, p. 1.
Cap. 6. *De Fœtûs Formatione, & Nutritione*, p. 17.

## HENRICUS PETRÆUS,

SMalcaldienſis. Natus an. 1589. creatusque M. D. Marpurgi circa ann. 1612. Et conſtitutus eadem in academia Anatomiæ, Botanices, & Chirurgiæ Profeſſ. publicus. Ob. 1620.

Λόγ☉ ἐγκωμιαστικὸς, *ſtudii Anatomici laudes & utilitates varias breviter complectens.*

*Marpurgi*, 1610. 4to.

## CASPARUS BARTHOLINUS,

DAnus. Natus an. 1585. Malpurgiæ, urbe Scanorum munitiſſima; philoſophus, medicus, theologus & Profeſſor regius in academia Haffnienſi. Per varias Europæ academias peregrinatus eſt, dabat enim operam Caſp. Bauhino, Fabricio ab Aquapendente, Julio Jaſſolino, Jeſſenio à Jeſſen, Petro Pavio, atque Pinæo Chirurgo Pariſienſi, quorum omnium



nium examini ingenii ſui partum ſubjicit, ex quorum quoque vel ſcriptis vel ore, plurima, adhibito inſuper proprio labore, comparata in ſuo opere congeſſit. Magnum rei anatomicæ fuit lumen, & de re medica bene meritus, tandem tamen caſtra medicinæ deſeruit ut Theologiæ vacaret. Obiit Soræ anno 1630. ætat. 45,

*Anatomicæ inſtitutiones: Corporis humani utriuſque ſexûs hiſtoriam & declarationem exhibentes, cum plurimis novis obſervationibus & opinionibus, necnon illuſtriorum quæ in Anthropologia occurrunt contraverſiarum deciſionibus.*

*Albiæ*, 1611. 8vo.
*Argentorati*, 1626. 12mo.
*Roſtoch.* 1626. 12mo.
*Goſlariæ*, 1632. 8vo. p. 480.
*Oxonii*, 1632. 12mo. p. 417.

*Et adhuc pluries à Thoma Bartholino filio locupletatæ, & diverſis annis lociſque editæ.*

*Germanica lingua divulgatæ per Simonem Pauli.*

*Hafniæ*, 1648. 8vo.

*Contraverſiæ Anatomicæ & affines nobiliores ac rariores.*

*Goſlariæ*, 1631. 8vo. p. 615.[a]

## NICOLAUS NANCELIUS TRACHYENUS

NOviodunenſis Picardus.

*Analogia microcoſmi ad macrocoſmum, id eſt relatio & proportio Univerſi ad hominem.*

*Pariſ.* 1611. *fol.*

N 5 VI-

a *Caſp. Barthol.* Malmogii Dani, Philoſophus & Medicus excellentiſſimus. Enchiridion Phyſicum ex priſcis & recentioribus Philoſophis accuratè concinnatum &c. *Argentinæ* 1625. 12mo. p. 865. Anatomica extant inter p. 643. & 732.

## VIDUS VIDIUS,

NAtus Florentiæ, in Italia medicus celeberrimus & fidus Hippocratis interpres: Franciſci primi regis Galliarum Archiater, & Lutetiæ Pariſiorum Profeſſor Medicinæ ac Chirurgiæ primarius. An. 1547. in patriam revocatus. Piſis medicinam ampliſſimo ductus honorario docere cœpit, & per annos 20. illam functionem ſuſtinuit, donec obiit 1567.

*Ars medicinalis. Per Vidum Vidium juniorem diligentiſſimè recognita, ac multis, quæ ad eam perficiendam deſiderabantur, partibus aucta diuque expetita, nunc primum tota ſimul in lucem prodiit.*

*Venet.* 1611. *fol. Tom.* 3. *Francof.* 1626. 1645. *fol. Vol.* 4. 1667.

*Tomus tertius continet libros ſeptem de Anatome Corporis humani nunc primùm in lucem editos; atque tabulis* 78. *in ære inciſis illuſtratos & exornatos.* *p.* 342.

*Ultrò fatetur auctor ſe plurima ab aliis accepiſſe (locos enim ad margines adnotavit, unde ea deſumpſit) modeſtè tamen innuit hæc à ſe multis nominibus facta eſſe meliora, imò eouſque procedit ipſius candor, ut nomina auctorum oculis ſubjiciat.*

Pleræque figuræ opus hoc minimè contemnendum exornantes novæ ſunt, partes corporis humani egregriè repræſentantes, & ad vivum delineatæ apparent, licet ex iis nonnullæ, illæ præſertim quæ ſceletum humanum exhibent, opus naturæ minùs accuratè exprimunt, ſculptore *Franciſco Vallegio.* Ex iis tamen paucæ ex *Veſalio deſumtæ ſunt.*



a Chirurgia, e Græco in Latinum a ſe converſa, cum Commentariis Galeni & propriis. *Lutetiæ* 1544. *fol.* Quod de fracturis & articulis habet ad anatomen præcipue ſpectat.



## PETRUS LOWE,

GLaſcuæ in Scotia natus. Doctor è facultate Chirurgica Pariſienſi, & regi Galliarum Chirurgus primarius in caſtris per annos ſex.

*A Diſcourſe of the whole Art of Surgery.*

*Londini*, 1612. 1634. *4to.* *p.* 447.

In hoc opere plurimæ partes humani corporis anatomicè deſcribuntur.

Pag. 138. *Traditur oculi Anatome.*

Pag. 238. *Periton. epipl. & Inteſtina deſcribuntur.*

Pag. 240. *Vaſa ſpermatica & Teſticuli deſcribuntur & delineantur.*

Pag. 256. *De Veſica urinaria.*

Pag. 259. *Penis deſcriptio.*

Pag. 350. *Adeſt figura ſceleti humani ex Veſalio, & de numero oſſium agitur.*

Pag. 364. *Deſcriptio Venarum quæ ſecari ſolent, cum figura venarum cutanearum per Corporis anteriora diſſeminatarum.*

## GERMANUS COURTIN.

FAcultatis medicæ Pariſienſis Decanus, ſeculi ſui Medicorum doctiſſimus.

*Leçons Anatomiques & Chirurgicales de feu Mr. Germain Courtin docteur regent en la faculté de Medicine à Paris. Dictees à ſes Ecoliers eſtudiants en Chirurgie, depuis l'année 1578. Juſques à l'année 1587. recueillies, colligées & corrigées ſur pluſieurs Copies & Manuſcrits, & reduicts par traitez & Chapitres par Eſtienne Binet Chirurgiene à Paris.*

*A Paris*, 1612. *fol. Pag.* 779.

*Anatomia continetur in P.* 315.

Quæ in hoc opere continentur, ab. an. 1578. ad an. 1587.

1587. auditoribus ſuis vivâ voce tradidit, & poſt mortem authoris *Stephan. Biné* in lucem edidit.

## JOHANNES PISTORIUS,

NEomauſenſis.

*Microcoſmus, ſeu liber Cephale anatomicus de Proportione utriusque Mundi.*

*Lugd.* 1612. 8*vo.*

## CHRISTOPHORUS NUNEZ,

OPtenſis.

*De Coctione & Putredine.*

*Madriti*, 1613. 4*to.*

## RUDOLPHUS MAGISTER.

DOctrina Hippocratis, *in qua de limitibus humani Partûs.*

*Pariſ.* 1613. 12*mo.* a

## SANCTORIUS SANCTORII,

JUſtinopolitanus. Medicinæ Theoreticæ Profeſſor primarius in Lycæo Patavino.

a *Rudolph. Magiſter*, i. e. Rudolphe le Maitre, regis conſiliarius & regiorum Franciæ liberorum archiater. Doctrina Hippocratis. Aphorismi nova interpretatione ac methodo exornati. Leges medicinæ. Arcana judicia. Limites humani partus. Patrocinium. Pag. 429. Tractatus de limit. humani part. a pag. 377 ad 416.



*Ars de ſtatica medicina, aphoriſmorum ſectionibus 7. comprebenſa.*

*Venet.* 1614. 12*mo.* 1634. 16*to.* 1660. 4*to.* 1664. 4*to.*
*Lugd. Batav.* 1642. 12*mo.*
*Hagæ Comitis*, 1650. 12*mo.* 1657. 12*mo.*
*Lipſiæ*, 1670. 12*mo.*
*Romæ* 1704.
*Londini*, 1700. 12*mo. P.* 213. *Cum Commentario Martini Liſter, M. D.*

Anglicè.

*Londini* 1678. 12*mo.* 1712. 8*vo. Cum annotationibus* Joh. Quincy, *Pag* 312.

In hoc Tractatu perutili docet artem ponderandi corpus humanum ante & poſt paſtum, ut ſic poſſit iniri calculus eorum quæ ſingulis paſtibus corpori accedunt, & eorum quæ poſteà rurſus per inſenſibilem tranſpirationem ab eodem recedunt. In quo quoque primus notavit eorum quæ comedimus & bibimus plus quam dimidium per inſenſibiles halitus abſumi.

## ÆGIDIUS ROMANUS,

NAtus Lovanii an. 1561. Mathematicus ſui temporis facilè princeps: Factus Herbipolenſis Epiſcopi Archiater. Medicinam ibidem publicè primus docuit. Inde Poloniam ſeceſſit, ubi regius Mathematicus, & Eques auratus nuncupatus eſt. Ob. 1615. ætat. 54.

*De formatione Corporis humani in Utero.*

*Pariſ.* 1615. 4*to.*
*Venet.* 1623. 4*to.*

## JACOBUS SCHALLINGIUS,

WInſhemio-Francus.

*De Natura Oculorum.*

*Gieſſæ*, 1615. *fol.* a

a Ophthalmia, ſive disquiſitio Hermetico-Galenica de natura

FRAN-

---

## FRANCISCUS TIDICÆUS,

BOruſſus Dantiſcanus. Philoſophiæ ac Medicinæ Doctor, Reipublicæque Thorſinenſis in Pruſſia Phyſicus ordinarius.

*Microcoſmus, hoc eſt, deſcriptio hominis & mundi parrallelus*, &c.

*Lipſiæ*, 1615. 1638. *4to. pag.* 762.

---

## CASPARUS HOFFMANNUS,

NAtus Gothæ Thuringorum, an 1572. Diſcipulus Hieronymi Fabricii. Baſiliæ M. D. creatus eſt an. 1605. An. ſeq. Noribergam reverſus graſſante peſte, cum in dicta urbe, tum etiam Altdorphii medicus peſtilentialis conſtitutus eſt, & an. 1607. in eadem academia med. Prof. publicus declaratus eſt. Ob. 1648. æt. 76.

*De uſu lienis ſecundum Ariſtotelem, liber ſingularis.*

*Lipſiæ*, 1615. *8vo.*

*De uſu Cerebri ſecundum Ariſtotelem diatriba.*

*Lipſiæ*, 1619. *8vo.*
*

*Commentarii in Galeni de uſu partium Corporis humani lib. 17. cum variis lectionibus.*

*Francof.* 1625. *fol. p.* 364.

*De thorace ejusque partibus commentarius tripartitus. In quo diſcutiuntur præcipuè ea quæ inter Ariſtotelem & Galenum contraverſa ſunt.*

*Francof*· 1627. *fol. p.* 101.

*Laude dignum, inquit Hyæna Pariſienſis, eſt ſtudium Hoffmanni Anatomicum in conciliandis Ariſtotelis & Galeni opinionibus, ſed in Anatomicis ex picturis & aliorum relatione loqui videtur, maximè enim erronea & abſurda ſunt quae proponit Anatomica.* Sibi tamen hac in re inſulsè auctoritatem arrogat.

*De generatione hominis libri 4. contra Mundinum Mundinium.*

*Francof.* 1629. *fol. p.* 134.

*Notæ perpetua in Galeni de Oſſibus ad Tyrones librum.*

*Ibid.* 1630. *fol. p.* 31.

*Inſtitutionum medicarum libri ſex.*

*Lugd.* 1645. *4to.*
In hiſce Inſtitut. vera & utilia contineri agnoſcit prædictus *Riolanus*, verùm operis ſui tanta eſt fiducia, & tanto faſtu & arrogantia carpit autores medicos 7. quos ſelegit caſtigandos tanquam ignaros & imperitos, ut virìs doctis diſpliceant ejus inſtitutiones, imò nec ipſi *Fernelio* pepercit, quem ſcholæ venerantur omnes.

*Digreſſio ad circulationem ſanguinis in Anglia natam extat cum Joh. Riolani opuſculo.*

*Lut. Paris. an.* 1647. *4to.*

*De calido innato & ſpiritibus Syntagma.*

*Francof.* 1667. *4to.*

*De partibus ſimilaribus liber ſingularis.*

*Ibid, an. & forma eadem.*

*Pro veritate Tract.* 3.

1. *Andraſtea Galeni.*

3. *Exercitationes juveniles contra Pariſanum*, &c.

3. *Contra Fernelium diſputatio de principatu partium & de ſede facultatum principum.*

*Lutetiæ Pariſ.* 1647. *4to.*
*

tura oculorum, eorumque viſibilibus characteribus, morbis & remediis. *Erfurti*, 1516. *fol. p.* 169. In hoc libro Latino & Germanico idiomate conſcripto, omnia viſionis organa ample deſcribuntur, & figuris ligno inciſis illuſtrantur.

* *De uſu Lienis, cerebri, & de Ichoribus, Lugd. Batav.* 1639. *12mo.*

* *Apologiæ pro Galeno, ſive Χρηστομαθειων libri tres. Ex bibliotheca Guidonis Patini. Lugd.* 1668. *4to.*



*Fran-* A N- *Inſti-*

## ANDREAS LIBAVIUS,

E Salinis Saxonicis; in Jenenſi academia an. 1588. hiſtoriæ, & poëſeos prof. Deinde Rolenburgi ad Tuber. an. 1591. Gymnaſiarcha & Poliater. Tandem an. 1605. illuſtris gymnaſii Caſimiriani apud Coburgenſes director & profeſſ. publicus conſtitutus eſt. Medicus & Chymicus fuit clariſſimus, quippe chymicam in juſtæ artis præcepta redegit, & optimis præceptis illuſtravit.

Obiit an. 1616.

*Appendix neceſſaria ſyntagmatis arcanorum Chymicorum contra Henningum Scheunemannum.*

*Francof.* 1615. *fol*; *p*. 279.

Hunc auctorem ut ut chymicis ſuis laboribus ſolummodò celebrem, ſeriei ſcriptorum hoc opere contentorum accenſui, ut primam originem experimenti illius decantatiſſimi *de transfuſione ſanguinis*, aperirem; cujus laudem etſi ex recentioribus nonnulli ſibi aſſumant, nemo tamen verbis magis diſertis ac planiùs, noſtro authore, qui centum abhinc annos librum ſuum adornavit, de eo diſſerere poteſt, hiſce verbis. *Cap.* 4. *Pag.* 8. 'Adſit juvenis robuſtus, ſanus, ſanguine ſpirituoſo plenus, adſit & exhauſtus viribus, tenuis, macilentus, vix animam trahens. Magiſter artis habeat tubulos argenteos inter ſe congruentes, aperiat arteriam robuſti & tubulum inſerat, muniatque; mox & ægroti arteriam findat, & tubulum fœmineum infigat, & jam duos tubulos ſibi mutuò applicet, & ex ſano ſanguis arterialis calens & ſpirituoſus ſaliet, in ægrotum unaque vitæ fontem afferet omnemque languorem pellet.

Quamvis Libavius id experimentum ex quodam ſcriptore Paraſelſico, prægrandi titulo remedii ægrotos ſanandi mirabilis, & methodi, virtutes & vitia ex uno in alium transferendi illud cohoneſtante proponat, & pro deridendo habeat; certum tamen eſt, quod ex Neotericis quidam inde moniti transfuſionem ſanguinis fœlici cum ſucceſſu inſtituerint.

*Inſtitutionum ſuarum medicarum epitome, ex ipſius Auctoris Autographo primum edita. Paris* 1648. 8*vo*.



## STEPHANUS MICHEL SPACHERUS.

TYrolenſis.

*Pinax Microcoſmographicus, hoc eſt, admirandæ partium hominis univerſarum fabricæ hiſtoriæ brevis ac perſpicua enarratio, microcoſmico tabulis ſculpto æneis Catopto lucidiſſimo, explicationis vice addito.*

*An.* 1615. *ſed ſine nominatione loci ubi impreſſus ſit.* *

## JOHANNES SISINIUS AMABILIS,

D*E natura fœtûs diſputatio.*

*Romæ*, 1615. 8*vo*.

## ANTONIUS MERINDOLUS;

AQuenſis.

*De Calido innato, & humidò primogenio.*

*Lugd.* 1615. 8*vo*.

O JO-

* *Stephanus Michelſpacherus* hunc tractatum *in publicum produxit*, *ſuisque ſumptibus excudi curavit*, quem ſe accepiſſe ſcribit a Doctore quodam Philoſopho-Medico, pùta Remmelino, ad cujus Catoptrum microcosmicum pertinet. Vide infra in Remmelino.

## JOHANNES DUVALIUS,

Ponteſianus.

*Ariſtocratia humani Corporis.*

*Pariſ.* 1615. 8*vo.*

## PETRUS PAW.

Natus Amſtelodami an. 1564. Anno 1580. Lugd. Batav. conceſſit ut medicinæ ſtudio vacaret, ubi præceptoribus Ger. Bontio, Joh. Heurnio, & Remberto Dodoneo uſus eſt. Exacto quadrienno Lutetiam Pariſiorum petiit, ubi utrumque Duretum audivit, & in Anatome ſub Joh. Fabro ſe exercuit. Inde Roſtochium ſe contulit, ubi multum temporis ac operæ anatomicis impendit, & ſummum in medicina honoris titulum conſecutus, publicè in Academia æt. 23. anatomica docere cœpit.

Relicto tandem Roſtochio Patavium inviſit, ubi Aquapendentem cadavera ſecantem vidit. Poſt moram trimeſtrem, in patriam, mortuo patre, revocatus, Academiam Lugdunenſem rediit, ubi profeſſionem Medicinæ publicam nactus eſt an. 1589. Anatomen ſingulari encheyriſi primùm adminiſtravit, horti quoque publici præfecturam ſummâ cum laude geſſit, & in utroque iſthoc munere magnâ cum nominis ſui celebritate ad exitum usq vitæ per annos 28 verſatus eſt.

Vir fuit indefeſſi laboris cum ſolertiâ conjuncti, & ingenio acri ac vehementi præditus, promptitudo illi in animi ſenſis exprimendis ſingularis, expeditâ fuit linguâ atque memoriâ fœliciſſimâ.

Ipſius induſtriæ debetur Amphitheatrum anatomicum ſumptis publicis extructum, in quo coram maximo ſpectatorum concurſu incredibili cum dexteritate cadavera hominum brutorumque ſecuit plurima; quod quoque undique ſceletis humanis, aliorum animantium adornavit.

Multa de re anatomica pollicitus eſt, ſed tractatum de oſſibus ſolummodò in conſpectum publicum miſit, morte enim cœptis ejus interveniente literatus orbis laboribus ejus defraudatur.

Ob. 1617. æt. 54.

*Primitiæ anatomicæ de humani Corporis Oſſibus.*

*Lugd. Batav.* 1615. 4*to.* 1638.
*Amſtelod.* 1633. 4*to. p.* 172.

In lucem publicam miſſus fuit hic liber an. 25. poſtquam publicè docendi munus in ſe ſuſcepiſſet. Etenim in præfatione, quintus, *inquit*, & vigeſimus annus volvitur, quum ad docendi munus vocatus pedem in veſtram intuli academiam.

Magnum auctoris nomen librum hunc erudito orbi expetitiſſimum reddidit, quæ certè communiter nota eleganter ſatis proponit, neque tamen raram & exquiſitam doctrinam neque raras ſuprà cæteros anatomicos obſervationes exhibet.

*Figuras queis opus hoc illuſtravit partim à Veſalio mutuatus eſt, & partim à Bauhino; quibusdam novis figuris Cranii additis, ac optimè delineatis.*

*Andreæ Veſalii Epitome anatomica, opus redivivum, cui acceſſere Notæ ac Commentarii Petri Paw.*

*Ibid.* 1616. 4*to.*
*Amſtelod.* 1633. 4*to. p.* 214.

*Succenturiatus anatomicus, continens Commentaria in Hippocratem de capitis vulneribus. Additæ in priora 4. capita libri Octavi Cornelii Celſi de poſitu & ſtructura oſſium, explicationes.*

*Lugd. Batav.* 1616. 4*to. p.* 128.

Omnium ferè oſſium icones in hoc etiam libro inveniuntur, ſed diverſæ non ſunt ab iis quæ in Oſteologia habentur.

*De valvula inteſtini epiſtolæ duæ Ext. Cent.* 1. *Guil. Fabr. Hild.*

*Oppenhem.* 1619. 4*to. p.* 423.

*Obſervationes Anatomicæ ſelectiores, editæ à Th. Bartholino ext. cum ejusd. Tom. Barthol. hiſt. Anatom. & med. rar. cent.* iii. & iv.

## HELKIAH CROOKE,

MEd. D. Jacobo Regi ejusque filio natu maximo fuit à cura valetudinis.

*Microcoſmographia. A deſcription of the Body of Man; together with the Controverſies and Figures thereto belonging. Collected and tranſlated out of the beſt Authors.*

*London*, 1615. *fol.*
—— 1631, *fol. p.* 1012.

*Quæ continentur in hoc opere, referente autore, debentur Bauhino, Laurentio, Jul. Caſſerio*, &c. *Partim etiam hauſit à Petro Pavio, cujus fuit diſcipulus Leydæ.*

## JULIUS CÆSAR CLAUDINUS,

BOnonienſis Med. & Phil.

*Quæſtio de ſede facultatum principum.*

*Baſil.* 1617. *4to.*
*Pariſ.* 1647. *4to. cum Auguſti Buccii diſput. de princip. part. & epicriſi Caſp. Hoffm.*

## HANNIBAL ALBERTINIUS,

CÆſenius.

*De affectionibus Cordis lib.* 3. *In quibus habetur problema de membrorum principatu.*

*Venet.* 1618. *4to.*
*Cæſenæ*, 1648. *8vo.*

## JACOBUS MULLERIUS,

NAtus Torgæ an. 1594. Anno 1618. Gieſſæ Prof. Matheſeos deſignatus, & eodem adhuc anno Medicinæ Doctor creatus eſt. An. 1637. principis Johannis Haſſiæ Landgravii, duciſque belli & totius ejus exercitus medicus & archiater caſtrenſis factus eſt; ſed in Miſnia febri ardenti correptus, eodem obiit anno, ætat. 43.



*De natura motûs animalis, & voluntarii exercitatio ſingularis.*

*Ulmæ*, 1618. *4to. Vid. Greg. Horſtii* Obſerv. Medicin.

## VALENTINUS RYLANDUS,

SUevo-Lavinganus.

*De procreatione hominis, & procreantis matris purgatione diſputatio.*

*Ext. decad. primâ diſput. quas collegit & edidit.* Jo. Genathius.

*Baſil.* 1618. *4to.*

## JOHANNES MANELPHUS

ERetanus Sabinus.

*De fletu & lachrymis tractatus.*

*Romæ*, 1618. *8vo.*

## CHRISTOPHERUS SCHEINERUS,

MUndelheimenſis è Societat. Jeſ. In Archiaducali academia Friburgenſi Matheſeos prof ordin.

*Oculus, hoc eſt, fundamentum opticum*, &c.

*Oeniponti*, 1619. *4to.*
*Friburgi Briſgoiæ*, 1621, *pag.* 254.

In hoc opere traditur oculi anatome, quantum opticis ſolummodò explicandis ſufficiat.

## PETRUS LAUREMBERGIUS,

ROſtochienſis, Phil. & Medic. Prof. a

*Iſagoges Anatomicæ Græcæ Interpretatio Latina, cum commentario.*

*Proceſtria Anatomica, in quibus proponuntur pleraque quæ ad generalem Anatomiæ & partium contemplationem attinent: Quædam etiam in fimi ventris membra explicantur, & Andreæ Laurentii hiſtoria Anatomiæ multis locis caſtigatur & corrigitur.*

*Hamburgi*, 1619. *4to.*

In hoc libro pollicetur ſe oſtenſurum errores notabiles Laurentii ſupra bis mille, cum tamen in ſuo opere multò graviores oſtendantur, quæ minus benignè poſſunt excuſari.

*Anatomia Corporis humani, ſeu Collegium Anatomicum duodecim diſputationibus comprehenſum, & in Roſtochienſi academia propoſitum.*

*Roſtochii*, 1636. *4to*
*Francof.* 1665. *12mo.*

,In hoc opere, judicio ,Riolani, ſe manifeſtè mon,ſtrat umbraticum anatomi,cum qui nunquam ſe,cuit cadavera, vel peritè ,ſecantibus adſtitit curioſus ,& ſedulus ſpectator.

## FABRITIUS BARTHOLETUS,

BOnonienſis. Nat. 1588. Logicam, medicinam & anatomiam Piſana publicè profeſſus eſt. Deinde in academia Mantuana primus medicinam docuit.

Ob. 1630. æt. 42.

A-

a *Petr. Lauremb.* German obiit 1639. Iſagoge anatomica, quam primò Hamburgi excudi curavit ex Ariſtotele præter duos, aut ad ſummum tres locos ad verbum conſcripta eſſe videtur. Prodiit etiam poſtea *Lugd. Batav.* 1618. *4to.*



*Anatomica humani microcoſmi deſcriptio, per theſes diſpoſita, in Amphitheatro Piſano propoſita.*

*Bononiæ*, 1619. *fol.* a

## FRANCISCUS MATTHÆUS FERNANDEZ

PAcenſis.

*De facultatibus naturalibus, diſquiſitiones medicæ & philoſophicæ.*

*Granatæ*, 1619. *4to.*

## JOHANNES TARDUINUS

TUrnonenſis.

*Diſquiſitio phyſiologica de Pilis.*

*Turnoni*, 1619. *8vo.* *

## GUILIELMUS DU VAL

MEd. Doct. & in academia Pariſienſi Græcæ & Latinæ philoſophiæ prof. regius.

*Synopſis analitica doctrinæ peripateticæ.*

*Pariſ.* 1619.

In hoc libro affirmat mulierum teſticulos multis veſiculis eſſe refertos; idem verò olim à Veſalio & aliis fuit animadverſum.

O 4 JO-

a Philoſophus, medicus & anatomicus excellens. Edidiſſe fertur librum cui Titulus, *Anatomia grande con figure.*

* *Turnoni* 1609. *8vo.*

## JOHANNES CASPARUS HELBLINUS

D*E oculi ſtructura epiſtolâ ext. cent.* 1. *epiſt. G. Fabr. Hild.*

*Oppenhemii*, 1619. 4*to.*

## MATTHIAS LUDOVICUS GLANDORP.

MEd. Doct. ex ubiorum Colonia, i. e. Colonienſis. Adriani Spigelii diſcipulus. Inclytæ reipublicæ Bremenſis chirurgus. Artis ſuæ dexteritate & diligentia ubique ferè notus, & ab omnibus Chironis antiqui Alumnis magnopere æſtimatus.

*Speculum chirurgorum, in quo quid in unoquoque vulnere faciendum, quidve omittendum, præmiſſa partis affectæ anatomica explicatione, obſervationibusque ad unumquodque vulnus pertinentibus adjunctis conſpicitur ac pertractatur.*

*Bremæ*, 1619. 12*mo. p.* 256.

*Anatome cutis habetur, p.* 37. *cran. p.* 40. *d. matr.* 51. *cerebr.* 55. *maxil.* 72. *frontis*, 90. *palpebræ*, 93. *ocul.* 96. *auris*, 106. *lab.* 109. *naſi*, 113. *aſp. art.* 125. *cor.* 140. *diaphr.* 143. *omenti*, 147. *periton.* 148.

*Tractatus de Polypo narium.*

*Bremæ*, 1628. 4*to.*

Cap. 1. De naſi ſtructura & uſu.

*Gazophylacium Polypluſium fonticulorum & ſetonum reſeratum, &c.*

*Bremæ*, 1632. 1633. 4*to. pag.* 156.

Pag. 75. habetur figura declarans partes corporis externas in ſiniſtro latere, & quidem anteriores.

Pag. 77. dextrum latus



oſtendens venas cutaneas, alia figura monſtrans poſteriores corporis partes.

Pag. 78. venas corporis poſteriores cutaneas.

Pag. 79. Muſculos anteriores corporis.

Pag. 80. Pedis muſculos & ſuperiori genu tibiæ.

Poſteriores corporis muſculos.

Pag. 83. Cranium adulti exhibet.

Pag. 83. Caput infantis modo nati offert.

Caput Embryonis abortivi dat.

[a]

## JULIUS CÆSAR SCALIGER

NAtus in caſtro Ripa ad lacum Benacum anno 1484. ex antiquiſſima Scaligerorum principum quondam Veronenſium familia oriundus. Grammaticus, puræ latinitatis myſta, religioſiſſimus vocum obſervator, poeta, philoſophus & medicus incomparabilis. Juſtus Lipſius eum Hippocrati & Ariſtoteli tertium adjungere non dubitavit. Vir certè doctiſſimus ac ſubtiliſſimus. Sed dum in Galenum ingenii acumen exercere nimis ſtuduit, plerumque maledicentiam atque imprudentiam detexit.

Medicinam feliciter exercuit Aginni urbe Aquitanica, ubi fatis ceſſit 1558. æt. 74.

*Ariſtotelis hiſtoria de animalibus Julio Cæſ. Scalig. interprete, cum ejusdem commentariis.*

*Toloſ.* 1619. *fol.*

*De partu ſeptimeſtri.*

*Vide opera Jacob. Sylv. an.* 1630. *edit. pag.* 871.



a *Matth. Ludov. Glandorp.* Chirurgiæ & Medicinæ Doctoris Method. medendæ Paronychiæ. *Bremæ* 1623. 8*vo.* p. 196. *Cap.* 1. De Paronychiæ ſubjecto, manu, quæ deſcribitur & dividitur in partes. *Cap.* 2. De carpo. *Cap.* 3. De metacarpo. *Cap.* 4. De digitis eorumque muſculis.

# JOHANNES REMMELINUS

SUevo-Ulmenſis: Philoſophiæ & medicinæ doctor.

*Catoptrum microcoſmicum ſuis æri inciſis viſionibus ſplendens cum hiſtoria & pinace.*

*Auguſtæ Vindelicorum.* 1619. *pag.* 27. *fol. magno reg.*

*Ulmæ Suevorum* 1639. *fol. reg. p.* 28.

Figuræ hocce opus adornantes tribus tabulis comprehenſæ adeò artificioſè diſponuntur ut figuris integumenta corporis exteriora oſtendentibus ſubjiciuntur quæ interiora exhibent, unà poſt aliam juxta ſitum, quem immutabili naturæ ordine obtinent, à latere appoſitis iconibus membrorum queis commonſtrandis mirum hoc artificium minus quadrat.

Omnium membrorum ſuccincta traditur anatomia.

*A Survey of the Microcoſme: Or, the Anatomy of the Bodies of Man and Woman; wherein all the* Viſcera, *are accurately delineated, and ſo diſpoſed by Paſting, as that all the parts of the ſaid Bodies are exactly repreſented in their proper Site By* Michael Spaher *of* Tirol *and* Remilinus. *Corrected, by* Clopton Havers, M. D. S. R. S.

*London.* 1702. *fol. p.* 4. *Viſiones* 4.
*

THO-

* Κατόπτρον μικροκοσμικον, *abſolutam admirandæ partium hominis creaturarum divinarum præſtantiſſimi fabricæ eximio artificio ſculptam ſtructuram revidendam exhibens: cum enarratione hiſtorica brevi at perſpicua & Explicationis & indicis vice addita. Viſio prima, ſecunda, tertia. I. R. Inventor. Stephan. Michelſpacher excudit.* 1613. *fol.* ſunt tres illæ Remmelini tabulæ, ad quas pertinent duo ſequentes Libri.

*Elucidarius, Tabulis Synopticis, microcosmici luminis inciſi æneis, admirandam partium hominis creaturarum divinarum præſtantiſſimi univerſarum Fabricam repræſentantis, Catoptri, Litte-*



*ras, & Characteres explicans, nunc primum luci publicæ datus, divulgatusque a Stephano Michelſpachero Tirolenſi.* 1614. 4*to.*

*Pinax Microcosmographicus, hoc eſt, admirandæ partium hominis creaturarum divinarum præſtantiſſimi univerſarum Fabricæ, Hiſtorica brevis at perſpicua Enarratio, Microcosmico tabulis ſculpto æneis Catoptro luciddiſſimo, explicationis vice addita, impenſiſque maximis Stephani Michelſpacheri, divulgata,* 1615. 4*to.*

Michelſpacherus hæc rogatu ſuo obtinuerat a Doctore quodam, (quem fuiſſe Remmelinum ipſe indicat in Tabula prima, in qua expreſſit Remmelini effigiem, ſubſcripſitque *I. R. Inventor*) ut apparet ex dedicatione ejus, quam præfixit Pinaci microcosmiographico: ediditque primum Catoptron 1613. id eſt Tabulas tres: dein 1614. Elucidarium, id eſt, indicem illarum tabularum: poſt 1615. Pinacem Microcosmographicum, id eſt, brevem explicationem. Anno deinde 1619. ipſe Remmelinus hoc opus edidit, hoc titulo, *Johannis Remmelini Suevo-Ulmenſis, Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris Catoptrum Microcosmicum ſuis aere inciſis viſionibus ſplendens, cum Hiſtoria, & Pinace, de novo prodit Auguſtæ Vindelicorum.* 1619. Scribitque in præfatione, „ſe de ejus publicatione nunquam cogitaſſe „ſed ſaltem confeciſſe, ut ipſe „ſolus multa paucis concluſa introſpiceret, & brevibus in memoriam varia revocaret; at „contigiſſe, ut collati amicorum „ſermones illud & videndum & „tradendum ita extorſerint, quo „dein ſuaſu & impenſis ipſorum, publica luce, neſciente „ſe, frui, & ut præcox fructus „guſtari cœperit: cum vero defectibus abundare, & erroribus caelando & imprimendo „commiſſis pluribus, minime „ferendis, ſcatere deprehenderit, invitum ſe, quæ ante „14 annos meditatus fuerat, reſumſiſſe, revidiſſe, & ut alio „plaudeant habitu, operam dediſſe.„ In illa editione conjunxit, quæ ſeorſim ediderat Michelſpacherus.

*Pinax Microcosmographicus, in quo certiſſimum Anatomiæ compendium proponitur. Auctore Stephano Michaele Spachero Tirolenſi, in uſum Medicorum, Chirurgorum, ac Pharmacopaeorum conſcriptus, & nunc in maternam noſtram linguam translatus, & artificioſe ſculptus a Cornelio Danckero Sculptore. D'Ontledingh des kleyne Werelds: ofte een konſtige vertooning van alle de deelen van 't menſchelyke lichaem, &c. nu overgeſet in onſe moeder Tael, en konſtig in 't licht gebragt door Cornelis Danckertz. Amſterd.* 1645. *fol.* Sunt eædem Tabulæ Remmelini cum indice earum, Latin. & Belgic. Adjecta Tabula continens duas Figuras hominis, unam a priore parte, alteram a poſteriore, quibus vaſa inſcripta, cum ſuperſcriptione, *Cutis cum vaſis Cutaneis ſcarificari & ſecari ſolitis: Afbeeldeniſſe der huyd-aderen, die men ghewoon is te openen, en te koppen.* Sunt autem eædem, quæ exſtant apud Laurentium p. 173.

Ed.

## THOMAS FIENUS

NAtus Antverpiæ, 1567. In Lovanienſi academia prof. med. primarius, interim à Bataviæ ducé Maximiliano Archiater electus eſt, poſteaque ab Alberto Archiducis Auſtriæ medicus cubicularius conſtitutus fuit. Ob. 1631. æt. 64.

*De formatione fœtus liber, in quo oſtenditur animam rationalem infundi tertia die.*

*Antverpiæ*, 1624. 8*vo. p.* 283.

*De formatione fœtus, liber ſecundus, in quo prioris doctrina plenius examinatur & defenditur,*

*Lovanii*, 1624. 8*vo*.

*Pro ſua de animatione fœtus tertia die opinione apologica.*

*Lovanii*, 1620. 8*vo*.

## DANIEL SENNERTUS,

VRatiſlavienſis. Natus 1572. Profeſſor Wittebergæ publicus, necnon Electoris Saxonici Archiater an. 1602. conſtitutus eſt. Ob. 1637. æt. 65.

*Inſtitutionum medicinæ, libri quinque.*

*Witteberg*. 1620. 1644. 1667. 4*to*.

Hic multa occurrunt anatomica.

*Hypomnemata Phyſica; 4tum de generatione viventium agit.*

*Francof.* 1635. 1636. 8*vo*.

*Opera omnia in tres tomos diviſa.*

*Venet.* 1641. *primò prodierunt, & poſteà in multis aliis locis.* a

Ed. Francof. 1627. & apud Bauhinum, Viv. Imag. Lib. 1. Tab. 3. & 4. Male adſcripſit Michelſpachero opus, quod Remmelini eſt, apparetque error in nomine Michelſpacheri commiſſus.

a Natus Vratislaviæ, Si leſiæ metropoli. Physica hypomnemata. *Lugd.* 1637. 8*vo. p.* 471.



## FRANCISCUS PLAZZONIUS,

PAtavinus. Anatomes & Chirurgiæ profeſ. ordinarius in Lycæo Patavino. Diſcipulus Aquapendentis & Adriani Spigelii Collega. An. 1624. Patavii docebat, ſed circa id tempus ætatis flore fatis ceſſit.

*De partibus generationi inſervientibus libri duo, quibus omnium & ſingularum organorum utriusque ſexûs ad generationem concurrentium ſtructura, actiones & uſus perſpicua brevitate explicantur Adjicitur diſſertatio Arantii de humano fœtu, & Gregorii Nymmanni de vita fœtûs, & Adriani Spigelii de incerto tempore partus,*

*Patav.* 1621. 4*to*.
*Lugd. Batav.* 1644. 4*to*.
—— 1664. 12*mo. p.* 184.

## FRANCISCUS ANTONIUS CASERTA.

NEapolitanus.

*De Natura & Symptomatis motus animalis.*

*Neapoli*, 1620. 4*to*.

CHRI-

## CHRISTOPHERUS PREIBISIUS,

F*Abrica Corporis humani, octo diſputationibus in alma academia Lipſienſi comprehenſa.*

*Lipſiæ*, 1621. 4to.

## JOHANNES BURGOWERUS,

SCaphuſanus.

*De Corporis humani partibus diſputatio, extat Decad. 6. diſput. quas edidit Joh. Jac. Genathius.*

*Baſil.* 1622. 4to.

## FRANCISCUS SPINÆUS.

D*E hominis Procreatione.*

*Maceratæ*, 1622. 4to.

## SEBASTIANUS BLOSSIUS,

ULmenſis.

*Diſquiſitio totius ſcepſeos Anatomicæ.*

*Tubingæ*, 1622. 4to. *

RI-

* Fuit Med. Doctor & Profeſſor in Tubingenſi Academia, ſub cujus præſidio hanc diſquiſitionem in illa Academia defendit Daniel Retzer Tubingenſis.



## RICARDUS BANISTER,

CHirurgus, oculiſta, & practicus in Medicina, famigeratiſſimo Johanni Baniſter chirurgo affinitate junctus.

*A worthy Treatiſe of the Eyes; containing the Knowledge and Cure of* 113 *Diſeaſes incident unto them and the Eyelids.*

*London*, 1622.

In ſectione prima habetur oculi deſcriptio anatomica, octo capitibus comprehenſa.

## ROBERTUS FLUDD,

SAlopienſis Anglus. Collegii Med. Lond. Socius. In Juventute Armigeri dignitatem in bello meruit; tùm demùm arcana Naturæ peritiſſimè rimari, & medicinæ operam dari cœpit; in qua etiam ſummos honoris gradus aſſumpſit, adeptus dignitatem Doctoris Academiæ Oxonienſis.

Obiit anno 1637. æt. 63.

*De Anatomia triplici, in partes tres diviſa, quarum priori panis elementa diſcutiuntur; in duabus ſequentibus homo ſectione anatomiæ bifaria, viz. vel vulgari ſeu viſibili, vel miſtica ſeu inviſibili dividitur.*

*Francof.* 1623. *fol.* *

## ÆMILIUS PARISANUS,

ROmanus, Philoſophus & Medicus Venetus.

In lucem emiſit nobilium exercitationum libros 12. de ſub-

* Titulus eſt, *Anatomiæ Amphitheatrum, effigie triplici, more & conditione varia, deſignatum, Authore Roberto Fludd, alias de Fluctibus. Franc.* 1623. *fol.*

ſubtilitate: In quo opere quaſdam Quæſtiones anatomicas de ſtructura hominis examinat, more Laurentii; ſed ita ſuperbè & inſolenter ſe gerit, ut ſolus ſapere videatur, reliqui cæcutiant & in denſiſſimis ignorantiæ tenebris verſantur, cùm tamen ipſe rudis & barbarus, rei anatomicæ prorsùs ignarus paſſim ineptias & ſolœcismos effutiat, quare *cacata hæc Charta Annalium Voluſianorum fato digniſſima, quæ Pariſani fatuitatem declarat, deferatur in vicum vendentem thus & odores, & piper, & quicquid Chartis amicitur ineptis. Hæc* Riolanus.

*Nobilium exercitationum libri duodecim. De ſubtilitate. Acceſſit par & ſanius judicium de ſeminis à toto proventu, ac de ſtigmatibus.*

*Venet.* 1623. *fol.*

*De ſemine & partibus ſeminalibus in viro*, *à* pag. 3. *ad* 131.
*De Semine mulierum*, *à* p. 131. *ad* 141.
*De Similitudine ad parentes*, p. 141.
*De Stigmatibus*, p. 198.
*De Calido innato*, p. 211.
*De Spiritibus*, p. 225.
*De primis fœtûs Materiebus, & earundem efficientibus cauſis*, *lib.* v. p. 242.
*De prima Corporis animalis progenita parte; deque procreationis modo ac ordine*, *lib.* vi. p. 267.
*De Reſpiratione & ejus Inſtrumentis*. *lib.* vii. p. 316.
*De Cerebro*, *lib.* viii. p. 330.
*De ſpontaneo locali animalis Motu*, p. 387.
*De aſpectus Inſtrumento & Viſione*, p. 399.
*De auditûs Organo*, p. 447.
*De Tactu atque ad ipſum facientibus*, p. 501.
*Epilogus*, 557.

*Par & ſanius judicium de ſeminis à toto proventu, ac de ſtigmatibus.*

*Venet.* 1633.

*Ubi ſententia Mundini Mundinii, Ariſtotelis*, &c. *expenduntur.*

*Nobilium exercitationum de ſubtilitate pars altera, de diaphragmate, ſingularis certaminis Lapis Lydius. ad J. Riolan. jun.*

*Venet.* 1635. *fol.* p. 519.

*Pars altera de Diaphragmate, ſingularis certaminis Lapis Lydius* p. 26.

*Pars altera de ſeminis à toto proventu, ac de ſtigmatibus ſingularis certaminis Lapis Lydius; ubi obiter Ariſtotelis vita, ad Mundinum Mundinium ejusque ſequaces*, *ad* p. 292.

*Pars altera de Inſiti Calidi additamento*, *ad* p. 382.

*Pars altera de Cordis & Sanguinis motu ſingularis Certaminis Lapis Lydius, ad Guil. Harvæum ad* p. 521.

*Pars tertia de ſeminis a toto proventu ſingularis Certaminis Lapis Lydius & de Viſione.*

*Venet.* 1638.

*Trattato de la Viſta*, &c. *ad* p. 252.

*Pars quarta, Microcoſmi ſalus, Coſmica ſubtilitas, ut detur cuique ſuum.*

*Venet.* 1643, p. 60. *lib.* I.

*Partis quartæ liber ſecundus*, p. 29.

*Galeni & Botalli placita, de via ſanguinis ad ſiniſtrum Cordis ventriculum.*

*Venet.* 1641; *à pag.* 29. *ad fin.*



## GUILIELMUS FABRICIUS HILDANUS,

NAtus Hildenæ Helvet. anno 1560. unde communiter à patria dicitur Hildanus. Anno 1586. primò Lauſaniam venit, & praxin chirurgicam fæliciter exercuit, hincque 1615. Berniam Helvetiorum à Senatu vocatus cum familia ſua conceſſit. Fuit Georgii Frider. illuſtriſſ. Marchion. Badenſis & Hachbergenſis Medico-Chirurgus ordinar. Chirurgus peritiſſimus, ut ingenioſiſſimus ſic & in praxi fæliciſſimus ac dexterrimus; & cujus famam ſera poſteritas loquetur. Ampullatum quidem eſt ſuum ſcribendi genus, & epiſtolicæ Præfationes nihil ad rem attinent, quas proinde qui omnes reſecaret, cum aliis inutilibus omneſque caſus ad certas claſſes reduceret, atque remedia infallibili uſu & tot annorum experientia ipſi comprobata, parvo volumine comprehenſa in lucem ederet, omnibus Æſculapii

& Chirontis antiqui alumnis gratiſſimum faceret.

Obiit Bernæ, 1634. æt. 74.

*De Anatomiæ præſtantia & utilitate.*
*Bernæ*, 1624. 8vo.

*Extat etiam in Præfatione ad opera ejus quæ extant omnia, editionis* 1646.

Pag. hujus edit. 166. habetur delineatio arteriæ venoſæ à ſuo trunco abſciſſæ.

Pag. 480. Delineationem patellæ ab omnibus ſuis membranis mundatæ adjungere placuit, ut & aliam adumbrationem oſſis ejusdem: Uti, *inquit*, ego illas in ſceletis meis habeo, quibus membranæ muſculorum quorundam, tibiam moventium, *viz.* 7. 8. & 9. uti etiam tendo validiſſimus, qui ex ipſis enaſcitur, adhærent.

---

## PAULUS SARPI vel SERPA;

### Pater Paulus & Paulus Venetus *vulgò*, *aliàs* Paolo Sarpi-Veneto.

VEnetus. Monachus ex ordine Servi, unde Servita etiam dicitur. Theologus & Senator Venetus, hiſtoricus, Juris prudentiæ, Medicinæ, & præſertim Anatomiæ, Mineralium Simpliciumque peritus, & omnium fere Scientiarum ſupellectili inſtructiſſimus.

Operibus multis in lucem emiſſis magnam ſibi famam comparavit, & præcipuè hiſtoriâ Concilii Tridentini, quam laborioſè concinnavit & ſub ficto nomine Pietro Soave Polano Londini evulgavit, plures alios libros in conſpectum publicum emiſit, multaque Manuſcripta reliquit.

Multi illum auctorem circulationis ſanguinis prædicant. Nam Johannes Walæus ſcriptum ab illo de motu ſanguinis egregium confectum, Venetiis eſſe aſſervatum, unde Harvæum edoctum ſanguinis motum accuratiùs indagâſſe affirmat. Id *Walæum à Thoma Bartholino* accepiſſe veroſimile eſt; hic enim in ſua ad illum epiſtola Patavii Octob. 30, 1624. de circulatione Harveiana hæc habet: 'Secretum mihi aperuit *Veſlingius*, nulli revelandum, circulationem ſcil. Harveianam inventum eſſe *Patris Pauli Veneti*; ut ex ipſius autographo vidit, quòd Venetiis ſervat Pater *Fulgentius* illius Succeſſor & Diſcipulus.

*Thomas Cornelis Conſentinus* de *Patre Paulo* ſic loquitur: 'Monachus hic qui curioſiſſimi erat ſupercilii poſtquam hunc naturæ olfecit ordinem, ne quid temerè agere videatur contra receptam barbariem, novum de ſanguinis circuitu inventum uni *Aquapendenti* communicare ſatis habuit; qui & ipſe tacitum ferens inſigne dogma, deſcriptum à ſe de venarum valvulis librum, Venetis mandare moriens ſuſtinuit, quem ob inviſam ſibi novitatem etiam nunc Librarius *S. Marci* ſervat. Fuit eodem tempore Patavii *Harvæus*, & *Aquapendenti* dabat operam, cui ut peregrino & novitatis avido ſecretum hoc committere viſus eſt præceptor; quod idem legatus Anglicus qui tum tempore familiariter cum Paulo Servita erat conjunctus, in beneficium ab ipſo hoc Monacho retulit: Uterque in Anglia ad Gubernantes libero ſub coelo pronuntiare hoc dogma, & poſtquam multis ipſi experimentis confirmâſſent, pro ſuo venditare etiam auſi ſunt. Unde in reliquum orbem minus obnoxium hoc prægrande ſecretum emanavit.

Hæc tamen eſſe a veritate aliena *Georgius Ent*, M. D. Eques Auratus ab ipſo Harvæo didicit; Ille enim in ſua ad hunc epiſtola libro, cui titulus *Apologia pro circuitione ſanguinis*, &c. affixa hæc habet: 'Iſtius autem commenti fabulam jam pridem à te mihi narratam memini, nempe legatum Venetum ad ſuos reditum parantem libro tuo *de Circulatione ſanguinis* à te donatum fuiſſe, eundemque poſteà *Patri Paulo* legendum exhibuiſſe, indeque virum hunc celebrem memoriæ causâ, pluſcula tranſcripſiſſe; quæ, ipſo mox defuncto, in hæredes manus inciderint; creditumque poſteà multis, eundem ſcripti hujus auctorem extitiſſe, habereque te literas à Patre *Fulgentio*, ipſius ſodali, ad te ſcriptas quæ rem eandem exprimerent. 'Porrò ex hiſtoria vitæ Patris Pauli à Patre Fulgentio Italico Idiomate conſcripta, abundè liquet eum, hoc inventum ſibi neutiquam arrogare,

gare, contrà valvularum in venis ſe Fabricio ab Aquapendente demonſtratorem haberi velle; & ipſe Fulgentius meritò carpit Fabricium quòd cuncta de valvulis ut ſua proponit ipſius inventoris nullibi factâ mentione.

Huc quoque ſpectat quod Th. Bartholinus ad Wallæum reſcribens in epiſtola ſua, data Neapoli 1644. Profert, 'Manuſcripta *Patris Pauli* 'diligentiori ſtudio perluſtrabo cum Venetias Venero, eaque fidelitate quam 'ab amico expetas, ſed ut 'audio multa in adverſariis 'ſuis collegit quæ ab aliis 'accepit. Vide *Ep. med. cent.* 1. *epiſt.* 54.

In homine etiam, magno rei medicæ incremento, *pupillæ* motum, *i. e.* conſtrictionem & dilatationem primus omnium notâſſe perhibetur.

## JOHANNES CONRADUS RUMELIUS,

NAtus Neagoræ, Palatinatûs Superioris oppido, an. 1597. conſtitutus primus Medicus caſtrenſis, deinde demum Altdorphii Med. D. creatus, annoque inſequente in collegium medicum Norimb. receptus, in eadem civitate fæliciter praxin exercuit, ſimulque principi Anhaltino Auguſto à conſiliis medicis fuit.

Obiit 1661. ætat. 64.

*Partus humanus, ſive Diſſertatio perbrevis de humani partûs natura, temporibus & cauſis.*

*Ambergæ*, 1624. 8vo.

## JOHANNES HEINSTIUS,

D*Iaſcepſis de Pilis, eorumque natura.*

*Amſtelod.* 1624. 4to.

MEL-



## MELCHIOR SEBIZIUS,

NAtus Argentorati 1578. poſt longas peregrinationes per univerſam pene Europam, & ſtudii medici in 27. academiis exculti emenſum curriculum anno 1610. Baſiliæ M. D. renuntiatus, & biennio pòſt Argentorati med. Prof. loco parentis ſui conſtitutus eſt. Anno 1630. nactus eſt Comitis Palatini dignitatem. Ann. 1613. Canonicus ad D. Thomam, & ejuſdem Capituli Decanus 1657. Et an. 1658. Præpoſitus conſtitutus eſt. Nihilominus medicinam fæliciſſimè exercuit, & profeſſionis officio per annos 62. functus eſt, nullâ valetudinis interpellatione turbatus.

Obiit 1674. ætat. 95.

*Exercitationes medicæ in alma Argentoratenſium Academia præpoſitæ.*

*Argentorat.* 1624. 1631, 1636. 4to. 1674. 4to.

*Quibus acceſſerunt diſſertationes de diſcrimine Corporis virilis & muliebris, item de notis virginitatis. Hæc quoque ultima diſſertatio extat cum Severini Pinæi opuſculis edit. à pag.* 275. *ad* 310.

*Diſſertationes tres de Reſpiratione.*

*Argentorat.* 1642. 4to.

*Diſputationes* 4 *de Dentibus.*

*Ibid.* 1645. 4to.

*Diſputatio de Concoctione.*

*Ibid.* 1642. 4to.

*Diſputatio de Naturalibus Facultatibus.*

*Ibid.* 1644. 4to.

*Diſputatio de Sudore.*

*Ibid.* 1657. 4to.

*Diſputatio de Fame & Siti.*

*Ibid.* 1655. 4to.

*Diſputationes de Pilis duæ.*

*Ibid.* 1651. 4to.

*Prodromi examinis vulnerum ſingularum humani Corpo-*



po-

*poris partium*, &c. *partes* 4 *à Melchiore Sebizio Doctore ac Profeſſore Medico Comiti Palatino Cæſareo, & Reipublicæ Archiatro.*

*Argentorat.* 1632. *4to. Paginæ notis numericis non inſigniuntur.*

In hoc opere compoſitionis ac ſtructuræ ſingularum corporis partium deſcriptionem ipſis affectibus præmittit.

## THOMAS REYNESIUS,

GOthanus.

*De Vaſis umbilicalibus eorumque ruptura obſervatio ſingularis.*

*Lipſiæ*, 1624. *4to.*

## VINCENTIUS BURGUNDUS,

BEllovacenſis.

*Speculum quadruplex, in quo totius naturæ hiſtoria, &c.*

*Duaci*, 1624. *fol. Vol.* 4.

*Tom.* I. *lib.* 28. *de homine, Corpore humano ejusque partibus.*

*Lib.* 31. *De generatione hominis, partu*, &c.

## JOHANNES BAPTISTA CORTESIUS,

NAtus Bononiæ 1554. Impetrata doctorali laurea dignus habitus fuit qui in patria academia Chirurgiam & Ana-

a Manualis, ſive ſpeculi Medicinæ practicæ in uſum Medicinæ tyronum ex bonis & probatis Autoribus concinnnati, Tomus prior. *Argentorati*, 1661. 8*vo. p.* 1479. Partium corporis deſcriptionem & naturalem & præternaturalem præmittit.



Anatomiam publicè doceret, quo munere per 15 annos cum applauſu functo Meſſinæ profeſſionem Chirurgiæ iterum per 35. annos ſuſtinuit, adepto intereà etiam Comitis titulo; hinc denique Bononiam rediit, profeſſor publicus declaratus. Ibique

Obiit 1634. æt. 80. Anteceſſor fuit Cl. *Malpighii.*

*Miſcellaneorum medicinalium Decades denæ. In quibus pulcherrima, ac utiliſſima quæque ad Anatomen.* &c *ſpectantia, ſparſim continentur.*

*Meſſanæ*, 1625, *fol.*

Primus aſſimilavit medullarem cerebelli ſubſtantiam arborum ramis.

*Conſtantii Varolii Anatomen edidit.*

## POMPEIUS CAIMUS,

NAtus Utini in Italia an. 1568. Cum Patavii Philoſophiæ & Medicinæ Doctor fuiſſet creatus, in patria Medicinam exercuit. A Pontifice Urbano 7. Eques Auratus, & Comes Palatinus declaratus, paulò poſt in gymnaſium Patavinum loco Sanctorii conceſſit, factus ibi Medicinæ Profeſſor.

Obiit anno 1631. æt. 63.

*De Calido innato Libri tres,*

*Venet.* 1626. *4to.*

## LIBERALIS CREMA,

TArviſinus.

*Adriani Spigelii de formato fœtu librum ſingularem æneis figuris exornatum, item epiſtolas duas Anatomicas, in vulgus emiſit.*

*Patav.* 1626. *fol. reg.*
*Francof.* 1631. *4to. p.* 64.

## ADRIANUS SPIGELIUS,

BRuxellenſis. Natus Bruxellæ 1578. Medicus & Anatomicus ubique celeberrimus, Eques *D. Marci*, & in Patavino Gymnaſio Chirurgiæ & Anatomiæ 9. an. Profeſſ. primarius, Fabricio & Caſſerio ſuccenturiatus quorum diu fuit auditor aſſiduus.

Spigelius è vivis diſceſſurus, opus anatomicum jam paratum amico ſuo Bucretio commiſit evulgandum, quod quidem elegantibus iconibus à *Caſſerio* delineatis & affabrè factis exornavit, atque confuſas & inordinatas Spigelii Schedas in ordinem digeſſit, & ſermone purè Romano cultiores reddidit. Sed in hoc libro pauca à Spigelio deprehenduntur, ſi demantur interpretationes quorundam locorum Hippocratis & Ariſtotelis. Uſus tamen & actiones ſecundum hiſtoriam partium ex *Fabricii* mente accuratè expoſuit. Neminem laudare aut nominare ſolet, ut lectores cuncta putent ab ejus ingenio profecta, qui tamen in lectione anatomicorum recentiorum verſatus fuerit, facilè animadvertet Spigelium gloriam vel uſuram eorum quæ mutuatus eſt ab aliis non reddidiſſe ſuis auctoribus. In explicatione enim muſculorum opiniones Riolani nomina ab ipſo iis indita tanquam ſua proponit.

Obiit 1625. æt. 47.

*De formato fœtu liber ſingularis æneis figuris exornatus; item epiſtolæ duæ Anatomicæ ſtudio Liberalis Cremæ.*

*Patav.* 1626. *reg. fol. p.* 65.
*Francof.* 1631. 4*to.*

*De humani Corporis fabrica lib. decem. Tabulis* 98. *ari inciſis elegantiſſimis nec antea hac viſis exornati. Opus poſthumum.*

*Venet.* 1627. *reg. fol. p.* 328. 1654. *fol.*
*Francof.* 1632. 4*to. p.* 390.

Opus hocce anatomicum licet mole magnum tantum tamen abfuit (referente *Veſlingio* in ſuo ſyntagmate anatomico) ut aliena ſcripta compilaret, ut ſub exactæ vitæ clauſula nonniſi 24. in theatro habitas lectiones cum figuris *Caſſerianis* in lucem proferendas teſtamento præceperit. Cum verò Bucretius id ægrè tulerit, ut opus anatomicum ſui præceptoris ſic mutilum & imperfectum in lucem exiret, conatus eſt ex ſchedis authoris & propria arte perficere quod deerat. Errores itaque non Spigelio ſed ejus Diſcipulo tribuendi ſunt, qui non eam Spigelii peritiam & eruditionem in rebus anatomicis adeptus fuerit judicio *Riolani*.

Contra verò Daniel Bucretius dictum opus multis laudibus extollit, 'infinitis, '*inquit*, obſervationibus, 'methodo ſuccincta, & diſſectorum hiſtoriis mirificè 'exornatum. Queis accedunt, viarum per quas morborum transmutationes fiunt, partiumque conſenſus 'demonſtrationes, multa alia ab aliis aut non attacta 'aut perperam deſcripta.

*De incerto tempore partûs epiſtola ad inclytos Germanos in gymnaſio Patavino ſtudioſos.*

*Extat apud Fran. Plazzon. p.* 24. *edit.* 1664.

*Opera quæ extant omnia ex recenſione Joh. Antonidæ Van der Linden, cum præfatione ejuſdem, in duos tomos diviſa.*

*Amſtelod.* 1645. *reg. fol. & fol. min. p.* 303.

*Continentur tomo primo.*

1. *Anatomia.*
2. *Jul. Caſſer. Tab. Anat. cum ſupplemento.*
3. *Dan. Bucret.*
4. *Ad. Spigel. de form. fœt.*
5. *Jul. Caſſ. Tabul. de format. fœt.*
6. *Caſp. Aſell. de lactibus.*
7. *Guil. Harv. De motu Cordis.*
8. *Joh. Walæi epiſtolæ de motu chili & ſanguinis.*

*In tomo ſecundo continentur ſolummodo practica.*

## CÆSAR CREMONIUS,

CEntenſis. Philoſophus. Claruit an. 1620.

*Apologia dictorum Ariſto-*te-

*telis de origine & principatu membrorum.*

*Venet.* 1627. 4*to.*

*De Calido innato & Semine pro Ariſtotele.*

*Leydæ*, 1634. 4*to.*

*Tractatus tres.* 1. *De Senſibus externis.* 2. *De Internis.* 3. *De facultate appetitiva.*

*Meſſanæ*, 1637. 4*to.*
*Venet.* 1644. 4*to.*

## DANIEL BUCRETIUS, vel RINDFLEISCH,

VRatiſlavienſis. Philoſophus & Medicinæ Doctor.

Adriani Spigelii, cujus fuit amicus ac diſcipulus, decem de humani Corporis fabrica libri illi ſcripto teſtamenti tradebantur ut collectos, in lucem proferret, quos tabulis *Julii Caſſerii* nullis in hoc genere adhuc editis cedentibus illuſtravit ac ornavit. Adjectis porrò quæ deeſſe videbantur tabulis 20. iisque magna ex parte novis nec antehac viſis.

Abſoluto Patavii opere Spigeliano & inquiſitionis rigore religionis profeſſæ mutatione redempto, Lutetiam ſe contulit, ubi per hyemem moratus eſt, ut Riolanum (cui proximus aſtitit) audiret & ſpectaret Anatomica tractantem & ſecantem plurima cadavera. Quum verò ei exprobaret *Riolanus* Spigelium ex libro ſuo multa deſcripſiſſe, nullâ ipſius factâ mentione, ingenuè faſſus eſt id à ſeipſo factum in honorem auctoris & præceptoris, ut poſteri crederent cuncta hæc à *Spigelio* profecta. 'Sed cum tempore 'quadrigeſimæ, *inquit* Rio'lanus, ejus circa noſtram 'religionem fervor incaluiſ'ſet ex conſilio & apparitio'ne beatiſſimæ *virginis* facta 'confeſſori ſuo Dominicano, 'quæ nullam ſalutem ani'mæ ejus ſpondebat, niſi ſa'crum illum ordinem ingre'deretur. Monaſticam itaque vitam elegit, diſſuadente licet *Riolano*, vixque exacto biennio dyſenteria atra bilaria quæ tum popularis interiit, cum eſſet medicus iſtius familiæ religioſæ.

J O-



## JOHANNES HIERONYMUS BRONZERIUS,

Natus in oppido Rhodigino, quod Albatiam Vangadicenſem vocant, an 1577. Creatus Patavii 1597. Philoſ. & Med. Doct. Primò Coloniæ Venetorum ſtipendio, deinde in patria, tandemque Patavii, & ultimo Belluni Medicinam fecit; ubi etiam Ob. 1630. æt. 53.

*De innato Calido & naturali Spiritu diſputatio.*

*Patavii*, 1626. 4*to. Adjecta eſt dubitatio de principatu Jecoris, ex Anatomia Lampretæ.*

*De principio effectivo ſemini inſito diſputatio.*

*Venet.* 1627. 4*to.* *

## ALOYSIUS ALBERTUS,

PAtavinus.

*De nutritione, augmento & generatione diſputationes.*

*Venet.* 1627. 4*to.*

## VINCENTINUS ALSARIUS à CRUCE,

GEnuenſis.

*Diſputatio generalis ad hiſtoriam fœtûs.*

*Romæ*, 1627. 4*to.*

J A-

* De principio effectivo &c. *Patav.* 1627. 4*to.*

## JACOBUS MOECIUS,

FRiburgenſis,

*Diſquiſitio Calidi Innati & Influentis.*

*Marpurgi*, 1627. 4*to.*

## CASPARUS ASELLIUS,

NAtus Cremonæ. In academia Ticinenſi Anatomiæ Prof. publicus.

Præter alia rara & ſingularia ſecando indies corpora à ſe obſervata, novum hactenus incompertum vaſorum in meſenterio genus à vulgaribus diverſum, caſu magis quam conſilio, datave in id peculiari opera; in cane bene paſto vivoque diſſecto, an. 1622. primus omnium inter recentiores cum perpetua ſui nominis laude obſervavit, lacteorum nomen indidit, idque officii aſſignavit ut chylum ab inteſtinis ſugentes ad glandulam magnam centro ejus locatam deferant, indeque referant per 4. ramos ad hepar, quorum originem, progreſſum, & inſertionem, 4. iconibus æri inciſis à brutorum viſceribus ſumptis illuſtravit ac ornavit. Nefas enim infandum indicavit hominem viventem ob ſciendi libidinem incidere.

Eadem vaſa valvulis ſive oſtiolis intus foras ſpectantibus interſtincta ſive interciſa obſervavit.

Hujus inventi gloriam ſibi non tribuit, ingenuè enim fatetur lacteas Hippocrati cognitas fuiſſe; Eraſiſtratum quoque eas vidiſſe non tamen agnoviſſe, citante enim *Galeno*, ait, 'Quod 'in hoedis nuper lactatis, ſi 'venter imus dividatur, ini'tio, ſimul ſcil. atque nuda'tum meſenterium fuit arte'riæ aëriæ mox plenæ lactis 'conſpiciantur.

*Galeno* quoque æquè cognitas fuiſſe ex ipſius liquet verbis, *lib. de venarum arteriarumque ſectione.* 'Sunt 'autem & aliæ venæ in te'nuiorum inteſtinorum me'dio, *i, e.* meſenterio, quæ 'ad glandulas ea regione po'ſitas pertinent. Et *lib. de* '*uſu* partium quam plurima 'aliarum venarum oſcilla ad 'quodque inteſtinum vult 'penetrare.

*De lactibus, ſeu lacteis venis, quarto vaſorum meſaraicorum genere novo invento diſſertatio, cum figuris elegantiſſimis.*

*Mediolan.* 1627. 4*to.* *
*Baſil.* 1628. 4*to.* 67.
*Lugd. Batav.* 1640. 4*to. p.* 104. 1641. 8*vo.*

*Extat etiam cum Spigelii operibus à Joh. Vander Linden recenſitis, nec non apud Veſlingium à Blaſio illuſtratum.*

Auctore immaturâ morte ſublato, opus hoc poſthumum in lucem miſerunt *Alexander Tadinus & Senator Septalius*, Phyſici de Collegio medicorum Mediolanenſium.

## GUILIELMUS RONDELETIUS,

NAtus Monſpelii, anno 1507. Diſcipulus in anatomicis fuit Joh. Guntherii, Pariſiis. Deinde 1537. doctoralem Lauream adeptus. In academia patria reg. Profeſſor anno 1545. conſtitutus eſt. Ipſius hortatu Rex Monſpelii Theatrum anatomicum ædificari curavit. Anno 1556. academiæ Monſpelienſis Cancellarius declaratus, eoque munere functus eſt an. decem. Anatomica Monſpelii docebat eodem tempore quo Veſalius Patavii demonſtrabat anatomen, hâc autem ita delectabatur, ut etiam filium mortuum propriis manibus ſecuerit, & filiorum etiam gemellorum quos uxor uno partu enixa erat, ſecundinas in gymnaſium adferri curaverat, ut minime vulgaria ſuper his doceret.

Ob. 1565. æt. 59.

*Opera medica.*

*Ge-*

* Editioni Mediolanenſi quatuor magnæ Figuræ additæ ſunt, in lignum inciſæ, coloribusque impreſſæ, ſic ut vaſa lactea alba ſint, venæ meſeraicæ nigræ, viſcera rubra; &c. Hæ Figuræ in ſequentibus editionibus non modo minores, ſed etiam multum depravatæ, in æs autem inciſæ.

*Genevæ*, 1628. 8vo.

*Hic quædam anatomica occurrunt.*

## GREGORIUS NYMMANUS,

Natus Wittebergæ Saxon. an. 1594. Philoſophus & Med. Doctor, necnon anatomices & botanices profeſſor publicus in academia Wittebergenſi.

Ob. 1638. æt. 46.

*Diſſertatio de vita fœtûs in utero, qua luculenter demonſtratur infantem in utero non anima matris, ſed ſua ipſius vita vivere propriaſque ſuas vitales actiones exercere, & matre extincta ſæpe vivam & incolumen ex ejus ventre eximi poſſe, adeoque à magiſtratu non concedendum ut vel ulla gravida vitâ defunctâ ſepeliatur, priuſquam ex ejus utero fœtus exciſus, vel ad minimum ſectione an infans adhuc vivus an verò mortuus ſit, exploratum fuerit.*

*Wittebergæ*, 1628. 4to.
*Lugd. Batav.* 1644. 12*mo.* *p.* 60.

Extat etiam cum Franciſci Plazzon. lib. de partibus generationis.

## PHILIPPUS MULLERUS.

Friburgens.

*De Uſu Muſculorum Epiſtola. Extat cum Gregor. Horſt. Obſerv. medicin. prioribus.*

*Ulmæ*, 1628. 4to.

## HENRICUS HOPFNERUS,

De *ſignis virginitatis.*

*Ulmæ*, 1628. 4*to.*

*De anatomicis quibuſdam Obſervationibus epiſtola.*

Ex-



*Extat cum Greg. Horſtii Obſ. medicin. ſingularibus, lib.* 4. *prioribus.*

## JOHANNES RUDOLPHUS SALTZMANNUS,

Argentinenſis. Medicus celebris Nat. an. 1574.

*De anatomicis quibusdam obſervationibus epiſtola.*

*Extat cum Greg. Horſtii obſerv. medic.*

*Ulmæ*, 1628. 4*to. p.* 447.

*Varia obſervata anatomica hactenus inedita. Edente Theodoro Wynants.*

*Amſtel.* 1669. 12*mo.*

## MICHAEL DORINGIUS,

Uratiſlavienſis.

*De Muſculorum Uſu Epiſtola.*

*Extat. cum Greg. Horſtii Obſ. ut ſupra.*

## VICTOR CARDELINUS,

Baſſanenſis.

*De origine fœtûs, lib.* 2.

*Vincentiæ*, 1628. 4*to.*

## GUILIELMUS HARVEY,

Natus Folkſtonii in Comitatu Cantiano an. 1577. Doctoratus inſignia induit primùm Patavii, ubi in ſtudio Medicinæ ſe per 5. annos exercuerat, & poſteà

Can

Cantabrigiæ, ubi hanc artem anteà ſtuduerat. Regis Jacobi Caroliqne primi Archiater ſagaciſſimus, Collegii medicorum Londinenſium Collega, quondam præſes, digniſſimus, anatomes & chirurgiæ profeſſor longè celeberrimus, & rerum ad animalium geneſin pertinentium ſcrutator indefeſſus, qui propter circulationem ſanguinis à ſe inventam perpetuos aget in Medicina triumphos, & ob id

*Semper honos nomenque viri laudesque manebunt.*

Novam hanc ſuam ſententiam de motu & uſu cordis, & circuitu ſanguinis in prælectionibus ſuis anatomicis in theatro Medicorum aperuit, & novem poſt an. Francofurti primùm divulgavit.

Invento autem & deprehenſo ſanguinis motu, quod famæ ſuæ æternitatem ſpondet, ad inveſtigandam animalium generationem animum ſedulò applicuit, quam ob rem adhibita frequenti Zootomia (nam ingens illi cujusvis generis, animantium copia & diſſecandi opportunitas abunde ſuppetit) permulta in lucem protulit, à ſe primum animadverſa atque notata. 'Primus enim 'invenit pullum à cicatricu'la originem trahere, punc'tum ſaliens cor eſſe, ſan'guinemque, ante formatum 'hepar, corque rubore tin'gi, partium diviſionem in 'ſpermaticas & ſanguineas 'nulli niti fundamento, nil 'indagantium ſcrutinio in u'tero à coitu ſe offerre, con'ceptum ovo analogo, mul'taque alia queis nunc ſu'perſedebimus.

Magnus ille vir licet in ſtabiliendo ſanguinis circuitu fæliciſſimus, in vaſis tamen lacteis cæcutiebat, chyli traductionem ad hepar per vaſa meſaraica affirmans.

Illi in animo fuit poſteros tractatibus pluribus beare, quos per bella civilia patriam ſuam infeſtantia amiſſos meritò plorat totius literatus orbis.

Obiit. an. 1657. æt. 80.

*Exercitatio anatomica de motu cordis & ſanguinis in animalibus.*

*Francof.* 1628. *4to.* a
*Lugd. Batav.* 1639. *4to. cum refutationibus Æmilii Pariſani*, *p.* 267.
—— 1647. *4to.*
*Patavii*, 1643. *12mo. p.* 127. *Cui accedunt Joh. Wallæi epiſtolæ duæ, quibus Harvæi opinio roboratur.*

*Extat quoque in libro cui titulus*, Recentiorum diſceptationes de motu cordis, ſanguinis & chyli in animalibus.

*Lugd. Batav.* 1647. *4to.*

*Hanc Anglico ſermone edidit Zacharius Wood, Med. Roterod.*

*Roterod.* 1671. *12mo. p.* 285.

*Extat etiam cum operibus Spigelii à Joh. Vander Linden recenſitis.*

*Exercitationes duæ anatomicæ de circulatione ſanguinis ad Joh. Riolanum filium.*

*Roterodami*, 1649. *12mo.*

*Cantab.* 1649. *12mo. p.* 124.

Licet à multis reprehenſus & provocatus fuerit Harvæus nemini tamen reſpondere voluit, niſi Riolano cujus pluris fecit animadverſiones quam aliorum reprehenſiones.

Epiſtola ad Joh. Dan. Horſtium *de Inventis Aſellii & Pecqueti*, habetur in decade epiſtolarum medic. Joh. Dan. Horſtii.

*Exercitationes de generatione animalium. Quibus accedunt quædam de Partu, de Membranis ac Humoribus uteri; & de Conceptione.*

*Londini* 1651. *4to. p.* 301.
*Amſtel.* 1651. 1662. *12mo.*
*Hagæ Comitis*, 1680. *12mo.*

Anglico idiomate.
*Londini*, 1653. *8vo. p.* 566.

Exercitationes haſce circa an. 1633. ab auctore literis mandatas, & ingente labore elimatas in lucem edidit cum præfatione *Georg. Ent.* eq. aurat. M. D.

Auctor noſter progreſſum naturæ in generatione animalium perſcrutaturus ovum Gallinaceum Gallinæ ſubjectum ſingulis diebus inſpi-

Q

a Prima *Harvæi* editio ſequenti exornatur titulo: *Exercitatio anatomica de motu cordis & ſanguinis in animalibus Guilielmi Harvæi* Angli medici regii & profeſſoris anatomiæ in Collegio Medicorum Londinenſium. *Francof.* 1628. *4to. p.* 72. adſunt quatuor Figuræ venas brachii cutaneas exhibentes.

inſpiciendum ad alterationes cognoſcendas proponit, qua in re *Hippocratem* illi aliiſque viam aperuiſſe ſequentia perpendenti in dubium venire non poteſt ut ex libro de natura pueri art. 36. Edit. *Lind.* apparet. 'Etenim 'ſi quis ova viginti aut plu'ra, quo pulli ex ipſis exclu'duntur, gallinis duabus aut 'pluribus ſubjicere velit; & 'ſingulis diebus à ſecunda ex'ordiendo uſque ad ultimam 'qua excluderetur pullus ex 'ovo, ſubtrahere, confringe're, ac videre inveniat om'nia ſe habere juxta meum 'ſermonem, quomodo vo'lucris natura ad humanam 'conferre oportet. *Adde quod divinus ſenex conceptum etiam ovo aſſimilet hiſce verbis, libro ſuprà citato*, art. 4. 'qualis autem erat, con'ceptus nempe utero excuſ'ſus, ego referam, velut ſi 'quis ovo crudo externam 'teſtam circa adimat, in in'terna vero pellicula inclu'ſus liquor pelluceſcat.

*De tuba uteri*, *p.* 221.

*De conceptu quædam*, *p.* 235.

*De callido innato*, *p.* 244.

*De humido primigenito*, *p.* 252.

*De partu*, *p.* 257.

*De uteri membranis & humoribus*, *p.* 277.

*De placenta*, *p.* 285.

*De umbilico. p.* 288.

*De conceptione*, *p.* 293.

F I N I S.



# Scriptores Omiſſi.

## DIOCLES

CAryſtius, quia Caryæ natus Peloponneſi oppido. Rationalis ſectæ medicus Græcus, qui Polybum in Hippocraticæ ſcholæ adminiſtratione ſequutus eſt, & ſecundus ab Hippocrate ætate famaque, ut ſcribit Plinius, *lib.* 26. *c.* 2. *de laude Hippocratis.* Vixiſſe dicitur ſub Dario Hyſdaſpe rege Perſarum, & ſub Antigono rege. Hic primus anatomica ex profeſſo docuit, ac ſtilo conſignavit, quæ non ex ſcriptis ut antea, ſed ex parentum ſermonibus, ipſaque exercitatione tantum addiſcebantur, ut habet Galenus, *lib.* 2. *de Anatom. adminiſtrationibus*, *cap.* 1. *cui titulus* cur ab antiquis anatomica ſcriptis non tractarentur; quique illum tanti fecit, ut ejus authoritate decreta munire, teſtemque ſuæ doctrinæ paſſim advocare non dubitavit.

## JESUS

FIlius Hali.

*Epiſtola, ſeu tractatus tres de cognitione infirmitatum oculorum, & curatione eorum.*

Accedit liber quem compoſuit *Canamuſali* philoſophus de Baldach ſuper rerum præparationibus quæ ad oculorum medicinas faciunt, & de medicaminibus ipſorum rationabiliter terminandis.

Explicit liber *de curis omnium paſſionum oculorum*, quem fecit & compoſuit Ca-

namuſali philoſophus de Baldach.

*Venet.* per Bonetum Locatellium, presbyterum mandato & ſumptibus hæredum quondam nobilis viri domini Octaviani Scoti Modœticenſis an. dom. MCCCCC. ſexto calend. Februar. Fol. 26. Prodiit primò Venet. 1499. apud Aſulanum.

Hi tractatus exiverunt, unà cum chirurgia parva *Guidonis* & *Albucaſis*, cum cauteriis & aliis inſtrumentis, barbaræ traductionis.

Cap. vi. De tunicis oculi. Cap. vii. de humoribus, nervis & muſculis oculi. in Cap. xxi. deſcribitur muſculus palpebræ ſuperioris levator.

Apud Joh. Georg. Schenk in bibliotheca medica de *Canamuſali* legimus quod ſequitur.

*Alcanamoſali* ſeu *Canamuſali*, philoſophi de Baldach Armenici, de paſſionibus oculorum conſcriptus à David Armenico, & ex diverſis philoſophorum de Baldach voluminibus compilatus, quem *Alcanamoſali* ex Arabica lingua in Latinam convertit. Continet medicamenta varia & èxperta. Venetiis public. cum chirurgia Guidonis de Gauliaco aliorumque, 1469. Fol. apud *Aſulanum.*

## THOMAS de AQUINO vel AQUINAS

ORdinis fratrum prædicatorum, *Alberti magni* in conventu Colonienſi auditor, & inſignis ſcholaſticus.

Multa ac præclara opera in lucem emiſit, & inter alia elegantiſſimum tractatum edidit de *motu cordis*, ut notat *Riolan.* in opuſculis ſuis novis & variis

*Pariſiis anno* 1652, impreſſis, pag. 13.

PE-



## PETRUS MONTAGNANA

A Patria Montania, oppido Italiæ ſic dictus. Celeberrimus medicus & chirurgus, qui floruit circa an. 1440, & opus edidit, in quo picturis & imaginibus interiora hominis cum optimis expoſitionibus ſic effecta ſunt ut notiora eſſe non poſſint, teſte *Paſchal. Gallo in Biblioth. medic. p.* 352.

## JOHANNES CONCOREGGIUS

NAtus Mediolani, inque collegium medicum patriæ receptus, primum Bononiæ, deinde etiam in aliis Italiæ academiis, & tandem Ticini medicinam magna cum auditorum frequentia, publiçè profeſſus eſt.

Ob. 1438.

*Praxis nova totius ferè medicinæ lucidarium, & flos florum medicinæ vulgò nuncupata, quæ quidem quatuor tractatibus continentur*, viz. De diſpoſitionibus capitis & partium ejus, *Tract.* 1. De diſpoſitionibus cordis, pectoris & partium ejus, *Tract.* 2. De diſpoſitionibus ſtomachi, hepatis, ſplenis & aliorum membrorum naturalium, *Tract.* 3. De diſpoſitionibus membrorum genitalium, teſticulorum, matricis & aliorum annexorum *Tract.* 4.

*Venet.* 1515. 1521. *Fol.*

## JOHANNES DIURIUS

BEllovacus Medicinæ profeſſor. Claruit 1519.

*Scrinium medicinæ, authore Joh. Diurio Bellovaco ipſius artis profeſſore.*

*Pariſ.* 1519. 1536. *8vo. forma oblonga, chart.* 101.



Ac-

Accedunt liber prognoſticorum, liber Aphoriſmorum, Aphoriſmi *Joh. Damaſceni*, Floſculi *Cornel. Celſi*, Aphoriſmi *Arnoldi de Villa nova*, necnon collectiones medicinales *Alex. Benedicti*, ch. 152.

Cap. 1. Secundi libri de elementis.

2. De conſtitutione corporis humani.

3. De generatione fœtûs & humano ſemine.

*Ibid.* 1536. *8vo.*

## HIERONYMUS BRAUNSCHWIG

CHirurgus, natus Argentorati.

*Librum chirurgicum Germanico idiomate ſcriptum evulgavit;* quem in lingua Anglica tranſlatum & an. 1525. *Londini, Fol.* impreſſum, vidimus ſequenti titulo exornatum:

*The noble Experyence of the vertuous handy Worke of Surgeri, practyſed and compyled by the moſt experte Mayſter* Jherome *of* Brynſwyke, *borne in* Straesborowe *in* Almayne, *out of the Line of* Salern, *the which hath it fyrſt proved and trewly found by his awne dayly exercyſinge.*

In ſex primis chartis anatomia continetur cum figura ſceleti & nonnullis aliis peſſimè deſcriptis.

Procœmium ſic incipit: *To the Laude of our Saviour Chryſt Jheſu, and the Honoure of his bleſſed Moder our Lady Saint* Mary, *and all the holy Company of Heaven,* &c.

## GUILIELMUS HORMAN

SArisburienſis. Obiit 1535.

*Anatomiam corporis humani 2 Lib. ſcripſit.*





## ALBANUS HYLLUS

BRitannus ille medicus nobiliſſimus atque optimus (verba ſunt Baſſiani Landi, Lib. 2. Hiſt. hum. p. 227.) & in omni diſciplinarum genere verſatus, qui multa in Galenum conſcripſit, &c. anatomen concernentia.

## JOHANNES CAIUS,

NAtus Nordvici in Anglia 1510. Joh. Bapt. Montani Patavii Diſcipulus. Creatus Medicinæ Doctor primùm Bononiæ, deinde Cantabrigiæ, tumque an. 1547. Regis *Edvardi* Sexti, Reginæ poſteà *Mariæ*, & Reginæ *Elizabethæ* medicus ſucceſſivè factus. Ob. 1573. æt. 63.

Multa & præclara ingenii ſui monumenta reliquit. Anatomica ſunt quæ ſequuntur, *Commentarius in libros* Galeni *de adminiſtrationibus Anatomicis:* Item *in ejusdem librum de motu muſculorum: in librum de oſſibus ad Tyrones: in Anatomiam* Hippocratis, *&c.* Quos libros vetuſtate corruptos integritati reſtituit, & annotationibus illuſtravit ac emendavit.

*Baſil.* 1544. *4to.*

## AMATUS LUSITANUS, *aliàs* JOHANNES RODERICUS CASTELLI ALBI, vel CASTELLI ſimpliciter,

CLaruit circa an. 1546. Philoſophus & medicus in Gymnaſio Salmuticenſi, ut habet *Neander*. Primùm Ferrariæ medicinam profeſſus eſt; hinc à Raguſino Senatu magnis conditionibus evocatus. Rex Poloniæ ingenti prœmio eum invitavit, ſed ire recuſavit. Vir fuit eruditionis non proletariæ, ut monumenta teſtantur quæ

in literatæ poſteritatis uſum reliquit: Scripſit enim Curationes medicinales variâ rerum cognitione refertas, in quibus exemplo *Hippocratis* morborum hiſtorias à ſe obſervatas recenſet. Verùm *Joh. Crato* plura conficta, quam facta illum ſcripſiſſe & interim opiniones ſuas iſto modo confirmare voluiſſe annotavit.

*Curationum Medicinalium centuria prima.*

*Florentiæ*, 1551. 8*vo*. *Venet*. 1654. 12*mo*.

*Amati Luſitani Doct. Medic. præſtantiſſimi Curationum Medicinalium Centuriæ 7. hac ultima editione recognitæ & valde correctæ.*

*Burdigalæ*, 1620. 4*to*. *p*. 800. *Barcinonæ*, 1628. *Lugd*. 1560. 12*mo*. 1580, 12*mo*. *Francof*. 1646. *fol*.

In Scolia ad curationem 52. de pleuritide ac de ratione vera, propter quam in pleuritide ſecanda vena ſit axillaris ejuſdem brachii ubi dolor eſt. Et in curatione 70. centur. 5. in qua docetur quod propagines venæ, azygos, *i. e.* venæ paris expertis conjungantur ramulis venæ cavæ, thoracis internas partes nutrientibus, ſtructuram venæ ſine paris deſcribit, oſtiolaque quædam in ejus orificio à ſe deprehenſa notat etiam; quæ anno 1547. Ferrariæ à *Joh. Baptiſta Cannano* coram multis demonſtravit.

## ROBERTUS RECORD,

BRitannus. Claruit circa ann. 1554. [a] *Scripſit de Urinis & de Anatomia librum.*

NI-

a The Urinal of Phyſik, by *Rob. Record*. Doctor of Phyſick. *London*, 1582. 8*vo*. 1665. 8*vo*. *min. p*. 111. Vaſa Urinaria deſcribuntur, & figura illuſtrantur a pag. 2. ad 9. The Urinall of Phyſicke, compoſed by Maiſter *Robert Recorde*. *London*. 1599. 8*vo*. *Dedicatio data eſt anno* 1547.



## NICOLAUS de HAULTPAS.

DE *Contemplatione humanæ naturæ, nempe de formatione fœtûs in Utero.* *Lutet*. 1555. 8*vo*. *Chart*. 2.

## PETRUS FRANCO.

DE *Turriers en Provence* * *demeurant à preſent à Orenge.*

*Traité des Hernies, contenant une ample declaration de toutes leurs eſpeces, & autres excellentes parties de la Chirurgie, aſſavoir de la Pierre, des Cataractes des yeux*, &c. *Avec leurs Cauſes, Signes, Anatomie des parties affectées*, &c.

*A Lyon*, 1561. 8*vo*. *p*. 554.

In hoc libro omnia viſcera in abdomine, organa generationi in utroque Sexu inſervientia, & oculi Anatomicè deſcribuntur. *

## JACOBUS PELLETARIUS,

NAtus eſt in Gallia. Ob. an. 1582.

*De Conciliatione locorum* Galeni *Sectiones duæ.*

*Pariſ*. 1564. 8*vo*. *Ch*. 40. *Marpurg*. 1607. 8*vo*.

Q 5 *Epi-*

* *Petit Traité, contenant une des parties principalles de Chirurgie, la quelle les Chirurgiens herniers exercent. Fait par Pierre Franco Chirurgien de Lauſanne à Lyon* 1556. 8*vo*. *Des* 8 *eſpeces des Hernies, & des Accidens qui leurs ſurviennent. De la Pierre en la Veſſie. De la cure de la Cataracte. De Ungula. Des bouches & levres fendues, de la maniere d'extirper une jambe ou bras. Des luppies, & des autres abcez flegmatiques.*

*Epiſtola Nuncupatoria ad amplisſimum Medicorum Pariſienſium Ordinem data eſt an.* 1560.

## NICOLAUS RORARIUS,

MEdicus Utinenſis.

*Contradictiones, dubia & Paradoxa in libros* Hippocratis, Celſi, Galeni, Aetii, Æginetæ, Avicennæ, *cum eorundem Conciliationibus.*

*Venet.* 1566. 8*vo. p.* 620.

## DOMINICUS LEONUS,

LUnenſis. Cui patria eſt oppidum Zuccanum in Agro Lunenſi. In celeberrimo Bononiæ Gymnaſio medicinæ interpres.

*Ars medendi humanos particulareſque morbos à capite usque ad pedes.*

*Bononiæ,* 1576. 4*to. p.* 572.

*Pag.* 1. *Capitis Anatome cum origine nervorum.*
*P.* 441. *Auris.*
*P.* 526. *Dentium.*
*P.* 274. *De ſpinali medull.*
*P.* 534. *Linguæ.*
*P.* 359. *De Lachrymis.*
*P.* 479. *Naſi.*
*P.* 7. *De Nervis.*
*P.* 329. *Oculi.*
*P.* 221. & 482. *De Organo Olfactûs.*
*P.* 325. *De partibus Oris.*
*P.* 519. *De Palato.*

## JOH. JACOB. WECKERUS,

BAſilienſis. Reipublicæ Colmarienſis Phyſicus. Floruit 1562. Obiit 1586.

*Medicinæ utriuſque Syntaxes, ex Græcorum, Latinorum, Arabumque Theſauris collectæ.*

*Baſiliæ,* 1576, *fol. p.* 752.

Anatomica continentur à pag. 1. ad 101.

OM-



## OMNIBONUS FERRARIUS,

MEdicus Philoſophus.

*De Arte Medica Infantum, Lib.* IV.

*Brixiæ,* 1577. 4*to. p.* 195.
1598. 4*to.*
*Lipſiæ,* 1605.

Cap. 2. *De Lacte.*

## JOHANNES FRAGOSUS,

TOletanus. Hiſpaniarum Regis Medicus & Chirurgus.

*De Chirurgia Liber.*

*Matriti,* 1581. *fol.*

*Cirurgia Univerſal à ora nuenamente emendada, ya nadida en eſta ſexta impreſſion. Per Ellicenciado Juan Fragoſo.*

*En Alcula de Henares,* 1621. *fol. p.* 685.

Intra Pag. 1. & 63. comprehenduntur anatomica.

## FRANCISCUS ROSSETUS,

GAllus. Medicin. Doctor.

*Traitè nouveau de l'hiſterotomotokie, ou Enfantement Cæſarien. Par Francois Rouſſet, Medicin.*

*A Pariſ.* 1581. *p.* 228.

*Exſectio fœtûs vivi ex matre viva, ſine alterutrius vitæ periculo, & abſque fœcunditatis ablatione, à Franciſco Roſſeto Gallicè conſcripta. A Caſp. Bauhino Prof. Med. Baſil. Ord. Latio reddita, & variis Hiſtoriis aucta.*

*Francof.* 1601. 8*vo. p.* 286.
*Baſil.* 1582. 1591. 8*vo.*
*Pariſ.* 1590. 8*vo.* Extat etiam

etiam in Gynæciorum Libris à Spachio editis.

*Muſculi Abdominis* in hoc libro delineantur: Extat etiam *Aſpectus imi ventris aperti.*

## PETRUS FORESTUS,

NAtus eſt Alcmariæ 1522. Creatus Med. Doct. Bononiæ, poſtquam Patavii *Veſalium* anatomica tractantem audivit. Lutetiæ Praxin medicam primò exercuit gratus Vido Vidio & Jacobo Sylvio; in patriam reverſus per annos 12. medici munere functus, indeque Delphis evocatus ibidem annos 4. Medici Spartam ornavit. 1575. in academia Lugdunenſi Batav. medicinam profiteri cœpit. Ob. Alcmariæ 1597. æt. 75.

*De incerto, fallaci Urinarum judicio libri tres.*

*Antverp.* 1583. 8*vo.*
*Lugd. Batav.* 1589. 8*vo. pag.* 318.

*Cap.* I. Quid ſit Urina. *Cap.* II. De generatione urinæ, deque apparatu ſanguinis atque reliquorum humorum.

## SALUSTIUS SALVIANUS,

MEdicus Romanus, & in Romano Gymnaſio medicinæ Theoreticæ publicus profeſſor.

*De Calore naturali, acquiſititio, & febrili, libri* 2. *Quibus accedunt libri* 2. *De Concoctione.*

*Romæ*, 1586. 8*vo. p.* 276.

AL-



## ALBERTINUS BOTTONUS,

EX Familia Parmæ illuſtri Natus eſt Patavii, ubi Philoſophiæ & Medicinæ Doctor creatus; primùm per Sexennium Logicam docuit; deinde an. 1555. medicinam Theoreticam ordinariam in Academia Patavina publicè legere cœpit. Obiit Senex an. 1596. relictis ingentibus opibus, & ædibus magnificis.

*De Morbis Muliebribus.*

*Patav.* 1585. 4*to. Chart.* 104.
*Baſil.* 1586.

*De Morbis Muliebribus Liber ſecundus.*

*Venet.* 1588. 4*to. Ch.* 100.

Extat etiam in Gynæciorum libris à Spachio editis

*De Conceptione & Uteri Structura multum.*

## ANUTIUS FOETIUS,

NAtus Divioduni Mediometricum, 1528. Creatus Medicinæ Doctor Lutetiæ Pariſ. Poſtquam 40. annos in patria medicinam fœliciſſimè feciſſet, in eadem obiit 1596. æt. 68.

*Oeconomia Hippocratis Alphabeti ſerie diſtincta. Anutio Foëtio Mediomatrico Authore.*

*Francof.* 1588. *fol. p.* 694.

In hoc libro inter multa alia partium humani corporis appellationes ab Hippocrate uſitatæ dilucidè explicantur.

JO-

## JOHANNES SCHENKIUS,

GRafenbergenſis. Medicus apud Briſgoios quondam florentiſſimus. Natus 1530. Creatus Tubingæ 1554. Med. D. & factus Phyſicus Friburgenſis in Briſgavia, ibique uſque ad vitæ ſuæ finem fæliciſſimè medicinam exercuit. Obiit 1598. æt. 68. Librorum helluo, magna & viva bibliotheca à filio Georg. Schenkio appellatur. Foras dedit *Obſervationum medicarum, rararum, novarum, admirabilium, & monſtroſarum volumen, ſeptem tomis diſtinctum & abſolutum, & de toto homine inſtitutum.*

*Francof.* 1600. 1609. *fol.*
*Friburg. Briſgoiæ*, 1604. 8*vo.*
*Lugd.* 1643. *fol. à Carolo Sponio edit.*
*Francof.* 1665. *fol. p.* 918. hæc Editio novis recentiorum Authorum Obſervationibus aucta eſt à *Laur. Strauſio.*

In hoc opere multa circa humani corporis Anatomen & Fabricam continentur.

## MARCUS ANTONIUS ULMUS,

PAtavinus. Philoſophus ac Medicus Bononienſis, & Patavini Gymnaſii Profeſſor publicus.

*Uterus Muliebris*, h. e. *de indiciis cognoſcendi temperamenta Uteri, vel Partium genitalium ipſius Mulieris*, *lib.* I. *

*Bononiæ*, 1601. 4*to. p.* 235.

*Phyſiologia Barbæ humanæ.*

*Venet.* 1604. *fol.*

In hujus operis ſumma eruditione conſcripti, *Pag.* 16. agitur de Maxilla inferiori

* In fine Libri, *Uterus Muliebris &c.* adiecit *Phallum virilem, hoc eſt, de indiciis cognoſcendi Temperamenta Teſtium, vel partium Genitalium ipſorum virorum.*



riori & Mento.
*Pag.* 25. De Pilis.
*Pag.* 212. De Unuchis.
*Pag.* 226. De Caſtratione fæminarum.
*Pag.* 317. De Teſtibus mulierum.

## JOHANNES HUCHERUS,

BEllovacus. Conſiliarius Medicusque regius, Monſpelienſium Medicorum Cancellarius.

*De Sterilitate utriuſque Sexûs.*

*Aureliæ Allobrogum*, 1610. 8*vo. p.* 910.

Teſtium Hiſtoria anatomica, *p.* 39.
De Pene, *p.* 67.
De Partu, *p.* 572.

## HENNINGUS ARNISÆUS

GErmanus, Halberſtadienſis Philoſ. & Med. Doctor. In Academia Julia Prof. Demùm *Chriſtiani* IV. Regis Daniæ Archiater. Medicus, & Anatomicus ſui temporis præſtantiſſimus fuit, qui cadavera illa humana ſecuit, & præparavit quibus in figurarum & tabularum ſuarum delineatione uſus eſt *Chriſtoph. Gertnerus*, pictor, ſuâ arte admodum celebris, juſſu *Henrici Julii*, Ducis Brunſvicenſis. Ob. 1635.

*Obſervationes aliquot Anatomicæ.*

*De Obſervationibus aliquot Anatomicis Epiſtola extat, cum Gregorii Horſtii Obſerv. Medicin. lib.* 4. *prioribus.*

*Ulmæ*, 1628. 4*to. p.* 450.

Henningi Arniſæi, *regis Daniæ Archiatri, Diſquiſitiones de partûs humani legitimis terminis: Ejusdemque Obſervationes & Controverſiæ Anatomiæ.*

*Francof.* 1642. 12*mo. p.* 292.

Obſervationes autem ſunt de Ventriculis Cerebri, Ex-

ortu & Inſertione Nervorum, Uſu Urachi, Uſu Veſiculæ felleæ, & Ductibus Choledochis, Uſu Lienis, Disjunctione Oſſium Coxendicis & Pubis in Partu.

## FORTUNIUS LICETUS,

GEnuenſis. Philoſophus ac Medicus, primùm Piſis, poſteà in Patavino Lycæo Philoſophiam primo Loco docens.

*De his qui diu vivunt ſine alimento, item de alimento, alendi functione, nutriendo corpore, fame, ſiti calore nativo*, &c.

*Patav.* 1612. *fol. p.* 361.

*De perfecta Conſtitutione hominis in Utero liber* I. *in quo cauſæ omnes fœtum conſtituentes*, &c.

*Patav.* 1616. 4*to. p.* 119.

Author in hiſtoriâ propriorum operum Patav. an. 1634, editâ, de hoc Tractatu loquens, ſubjungit ſequentia, paginâ *ſcil.* 13. „Contradictorem habuit „Mundinum Venetiis medi„cinam facientem, qui licet „ferè totum quartum librum „ſuæ diſputationis *de genitu„ra* ſcripſerit adverſus mea „dogmata in hoc libello pro„poſita, non tamen ideo me „trahere potuit unquam ad „reſponſionem ullam; quo„niam etiam hic viderim ip„ſius conatibus meas theſes „non expugnari, quibus ac„curatè totum opus faculta„tis formatricis, ac genera„tricis in utero pertracto „proindeque libellum non „indigere novæ meditationis „auxilio.

*De Spontaneo viventium Ortu libri* 4. *in quibus de Generatione animantium*, &c.

*Vicentiæ*, 1618. *fol.* 323.

*De Motu Sanguinis, Origine Nervorum, Cerebro leniente Cordis æſtum*, &c.

*Utini*, 1647. 4*to.*





## DUNCANUS LIDDELIUS,

SCotus. Aberdonienſis M. D. & ejuſdem in Academia Julia Profeſſor.

*Ars Medica ſuccinctè & perſpicuè explicata.*
*Hamburgi*, 1607. 8*vo.* 1616. 8*vo. p.* 868. 1628. 8*vo.*

*Cap.* IV. De natura & differentiis partium Corporis humani. V. De Callido innato & Spiritibus. VII. De Nutritione & Accretione. VIII. De Humoribus. IX. De Generatione hominis. XII. De Senſibus.

## DAVID de PLANIS CAMPI,

CHirurgus.

*Diſcours de la Phlebotomie. Avec un Traité des Criſes. Dediè à la Reyne mere du Roy.*

*A Paris*, 1620. 8*vo. p.* 164.

In hoc libro Venæ quæ ſecari ſolent deſcribuntur.

## ANTONIUS PONCE SANTE CRUZ,

PRimarius Valliſoletanus, nunc autem à cubiculo *Philippi* IV. Regis Catholici, & Protomedicus generalis.

*Opuſcula Medica & Philoſophica, quæ continent*, 1. *Diſputationes in primam Avicennæ.* 2. *De Hippocratica Philoſophia.* 3. *De Pulſibus.*

*Matriti*, 1624. *fol.* Opuſculum primum continet pag. 305. In quibus plurima occurrunt quæ rem anatomicam illuſtrant.

## LUDOVICUS DU GARDIN,

MEdicinæ Doctor & Profeſſor regius Ordinarius in alma Univerſitate Duacenſi.

*Hortenſii Manuductio per omnes Medicinæ partes*, ſ. *Inſtitutiones Medicinæ.*

*Duaci*, 1626. 8*vo*. *p*. 408.

A Pag. 177. ad p. 350. continentur anatomica.

Ludov. Gardini, *Med. D. ac Prof. Ord. in alma Univerſitate Duacena Manuductio, per omnes Medicinæ Partes*, ſ. *Inſtitutiones Medicinæ in tres libros digeſta.*

*Duaci*, 1634. 4*to*. Pars prima continet pag. 300. Acceſſunt Orationes de diverſis illis venis quæ diverſis temporibus, diverſaſque ob occaſiones, ratione Pleuritidis ſunt ſecandæ.

*Circumſtantiæ & Tempora de variis venis, Pleuritidis ratione ſecandis, inter varios medicinæ proceres litem dirimentia.*

*Duaci*, 1632. 4*to*.

## HENRICUS DANIEL,

ANglus. Claruit circa annum 1379.

*The Judical of Urines*, *fol. Chart*. 62. In Cap. 2. de generatione *Urinæ*, viſcera etiam in *abdomine*; in Cap. 3. venæ, cerebrum, & nervi deſcribuntur.

In libro cui titulus, *The Schepherd's Calendar*, proſtant duæ figuræ ligno inciſæ, una Sceleton humanum exhibet, altera venas in corpore ſecandas notat, cum explicatione.

GUI-



## GUILIELMUS BULLEINE,

ANglus, M. D.

*A little Dialogue between two Men; the one called* Sorenes, *and the other* Chirurgi, *concerning Apoſtumations and Wounds.*

*London*, 1579. *fol. Ch*. 46.

Hic multa anatomica; cum figura Sceleti ex Chirurgia magna *Veſalii*.

## BARTHOLOMÆUS CASTELLUS

MEſſanenſis. Theologus, Philoſophus & Medicus.

*Lexicon Medicum Græco Latinum Barthol. Caſtelli ſtudio*, ex Hippocrate & Galeno *deſumptum.*

*Meſſanæ*, 1598. 8*vo*. *p*. 434. *Venet*. 1607. 8*vo*. *Baſiliæ*, 1628. *Venet*. 1626. 8*vo*. *Roterod*. 1644. 8*vo*. 1651. *à Raveſtein*, *pag*. 517. 8*vo*. 1657. 1665. *Norimb*. 1682. *à Brunone.*

In hoc Lexico omnia fere vocabula anatomica explicantur.

## *MELAMPUS.

Floruit A. M. 2705. ante C. 1257. juxta alios, ante C. 1338. & alios 1357. *Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.*

*Melampi de nevis corporis tractatus*, *Nicolao Petreio Corcyræo interprete*. Cum *Meletii de Natura ſtructuraque hominis*,

*Venet*. 1552. 4*to*. *a pag*. 189. *ad* 191.

" Melampus, quem Proeti
" Argivorum Regis filias,
" mentis exceſſu, ac inſania li-
" beraſſe Autores memorant,

R 2 ,, cum

"cum exigua quædam de Nevis, qui in hominum corporibus conſpici ſolent, perſtringat, lepida admodum interpretatiuncula, ſtudioſorum aures demulcet. *Petreius in dedicat.*

Exſtat etiam *Græc. & Latin.* cum *H. Cardani Metopoſcopia,*

*Paris* 1658. *Fol.*

---

## *POLEMON.

*Phyſiognomicon, operâ Camilli Peruſci editum græce,*

*Romæ*, 1545. 4*to.*

Cum *Aeliani variæ hiſtoriæ lib.* 14. Græce itidem, aliisque. *Linden. renovat.*

*Polemonis Athenienſis inſignis Philoſophi naturæ ſignorum interpretationis: Nicolao Petreio Corcyræo interprete.* Cum *Meletii de natura ſtructuraque hominis*,

*Venet.* 1552. 4*to. a pag.* 147. *ad* 179.

"Ex auditoribus Xenocratis, Gymnaſii ejus ſucceſſor extitit. Ex ſignis, quæ in hominum corporibus plerumque apparent, ita naturas, ac plurimorum mores explicat, ut eorum mentis, cogitationumque conſilia, ac cordis adyta, penetraſſe videatur. *Petreius in dedicatione.*

---

## *MELETIUS.

*Meletii Philoſophi de natura ſtructuraque hominis opus, Polemonis Athenienſis inſignis Philoſophi naturæ ſignorum interpretationis: Hippocratis de hominis ſtructura. Dioclis ad Antigonum Regem de tuenda valetudine Epiſtola. Melampi de Nevis corporis tractatus. Omnia hæc prius non edita, Nicolao Petreio Corcyræo interprete.*



*Venet.* 1552. 4*to. pag.* 191. præter Titul. Dedicat. & Indices. *Meletius a p.* 1. *ad* 146.

"Meletius, abſolutiſſimum opus, ſtructuræ ac naturæ hominis perſcripturus, omnes antiquorum (ut ipſe ad ſui operis initia teſtatur) ſibi evolvendos propoſuit, ut, quod ſparſim in eorum libris de homine comprehenſa, nec abſolute explicata fuerant, in unius operis ſeriem redigerentur. Ab elementis itaque mundi exorſus, ad corporis elementa progrediens, quo pacto hoc animal gignitur: alimentumque ſumit: ac quot vitales, naturalesque ac animales facultates, ſuas in ipſo actiones oſtendunt, perſpicue declarat. Tum, priusquam corporis partes ſingillatim explicare aggrediatur, quomodo mens per ſenſus agat: quid triplex animæ facultas ſit: nec non quot virtutes, quæ principales appellantur ſint; Quæve virtutis ac vitiorum genera, quæ ex ipſis proveniunt, habeantur: ſimulque quo pacto, gaudium, triſtitia, riſus, lachrymæ, ac ſomnus conſtituantur, luce clarius oſtendit. *Petreius in dedicatione.*

---

## *PETRUS APONENSIS, vel de APONO, al. ABANO.

Natus eſt in vico Abano, urbi Patavinæ vicino, A. C. 1250. Patre Conſtantio de Abano, Notario publico: fuit Medicinæ Profeſſor Bononiæ, & Philoſophus, nec non Medicus, atque Aſtrologus clariſſimus, qui herbarum & lapidum virtute, certo cœli aſpectu, ſtatisque horis uſus, faſcinari homines credebatur, unde etiam Magiæ ſuſpectus, inque jus vocatus, ſed, pendente lite, mortuus eſt: nec tamen ſic e manibus judicum elapſus, in effigie ſupplicium tulit, quæ Patavii in foro, lecta condemnationis ſententia, flammis tradita: quia Philoſophiam cum Medicina, & Aſtrologiam cum naturali magia copulavit, ideo Conciliatoris nomen meruit. Narratur de eo, quod nunquam vocatus valetudinis curandæ gratia ad ægros extra urbem pro-

prodierit, niſi conſtituto ſtipendio dietim 50 Coronatorum: & cum adſummum Pontificem, Honorium IV. aliquando ægrotantem accerſeretur, pactum prius eſſe ſingulis diebus ſoſtri loco 400 Coronatos. Lac natura ſic abhorruit, ut nec illud comedentes, ſine nauſea, aſpicere poſſet.

Obiit A. C. 1316. Aet. ſuæ 66. *Linden. renov.*

*Conciliator differentiarum Philoſophorum, & præcipue Medicorum.*

*Papiæ* 1490. *Fol.*
*Venet.* 1496. 1504. *Fol.* 1565. *Fol. Lind. renov.*

*Petri Aponenſis Liber Conciliator differentiarum Philoſophorum præcipueque Medicorum appellatus: noviter caſtigatiſſime impreſſus; collatusque cum exemplari, quod fuerat manu propria caſtigatum ſenis illius noſtra tempeſtate celeberrimi Joannis Aquilani: qui ſumma cum laude diu practicam medicinę ordinarie Patavii eſt profeſſus. &c.*

*Venet.* 1521. *Fol.*

In hoc libro multa anatomica continentur.

---

## * PHILIPPUS MELANTHON.

L*Iber de Anima recognitus ab Autore Philip. Melant.*

*Witemberg.* 1556. *8vo.*

In Præfatione dicit, "Intexui de præcipuis membris humani corporis deſcriptiones qualeſcunque. "Nam diſcerni potentiæ animæ ne poſſent quidem, niſi earum domicilia, ſeu machinæ in corpore hominis aliquo modo oſtendantur &c. Etſi igitur doctrina anatomica in his libellis integra comprehendi non poteſt, nec ſubito adoleſcentia exiliſſimarum partium deſcriptionibus oneranda eſt, tamen præcipuas partes, & quidem grandiores omnibus hominibus notas eſſe valde prodeſt. Secutus ſum autem Scriptores optimos, Galenum, Veſalium, & Leonartum Fuchſium, & adhibui amicos interdum Jacobum Milichium, & Peucerum generum meum.

Editus deinde cum commentario *Magiri, Franc.* 1603. *8vo.*

Hoc titulo: *Joannis Magiri Doct. Med. & Philoſoph. Anthropologia, hoc eſt, commentarius in aureum Philippi Melanchtonis libellum de anima, completus, & locupletatus, opera Georgii Caufungeri, D. Med. & Phyſici Reip. Fridbergenſis ordinarii.*



---

## *JOHANNES PINCIERUS.

NAtus Wetteris A. C. 1556. Patre Theophilo Pincier. Medicinæ Doctor Baſileæ, & Phyſices Profeſſor publ. poſt aliquot annorum decurſum Herbornæ renunciatus eſt, tandemque hinc ſeceſſit Marpurgum, ubi in otio vixit, & obiit medicus & Poëta clariſſimus circa A. 1600. *Linden. renov.*

*Otium Marpurgenſe in ſex libros digeſtum: quibus fabrica corporis humani inſertis paſſim diſputationibus, hiſtoriis & fabulis ad rem pertinentibus, facili ac perſpicuo carmine deſcribitur a Johanne Pinciero.*

*Herborn. Naſſovior.* 1614. *8vo.*

---

* Hic quoque memorari poſſe videtur Tabula quædam vetuſtior, in aes inciſa. In ejus dimidia altera parte exhibetur ſceletus hominis à parte priore, juxtaque eum figura hominis ab eadem parte, eodem in univerſum ſtatu, oſtendens primos poſt tegumenta communia muſculos. In altera, ſceletus à parte poſteriore, pariterque juxta eum, eodem etiam in univerſum ſtatu, figura hominis, oſtendens quoque primos a parte poſteriore muſculos. In inferiore parte Tabulae à latere ſceleti primi inciſum DOMENICO FIORENTINO. *Fol. parv. oblong.* Eſt vero perelegans, & ab Artifice non vulgari confecta, magis tamen ad uſus Pictorum, quam Anatomicorum.

# NOMINA
## OMNIUM SCRIPTORUM
Qui in

Hoc libro continentur ordine Aphabetico diſpoſita.


A.

*Abubeter* Rhaſes 37
*Actuarius* Johannes 40
*Adamus* Luchtenius 191
*Adrianus* Junius 132
——— Spigelius 232
*Ægidius* Romanus 205
*Æmilius* Pariſanus 223
Aëtius 33
*Albanus* Hillus 247
*Albericus* Gentilis 156
*Albertinus* Bottonus 253
Albertus 42
*Albertus* Durer 62
——— Novocampianus 100
Albucaſa 38
Alcinous 31
Alcmæon 9
*Alexander* Achillinus 56
——— Benedictus 60
——— Maſſarias 197
*Aloyſius* Albertus 235
*Alphonſus Rodericus* Guevara 163
*Amatus* Luſitanus 247
*Ambroſius* Paræus 118
*Andreas* Cæſalpinus 164
——— Helepyrus 149
——— Lacuna 63
——— Laurentius 174
——— Leon 161
*Andreas* Libavius 208
——— Planerus 148
——— Veſalius 77
*Angelus* Fortius 90
*Anut.* Foeſius 253
*Antonius* Ludovicus 74
——— *Maria* Bettus 129
——— Merindolus 209
——— Mizaldus 144
——— Ponce S. Cruz 257
——— Zenon 52
Aratus 14
Aretæus 27
*Archangelus* Piccolhominus 153
Ariſtoteles 9
Averroës 42
Avicenna 40
*Auguſtinus* Buccius 149
*Aurel. Corn.* Celſus 15

B.

*Balduinus* Ronſæus 169
*Baptiſta* Codronchius 185
*Barth.* Anglicus 47
——— Cabrolius 187
——— Caſtellus 259
——— Euſtachius 120
*Baſſian.* Landus 75
*Bernhardinus* Cajus 197
——— Montana 100







*Bernhard.* Teleſius 161
——— Gordonius 43

C.

*Cæſar* Cremonius 233
——— Oddonius 101
*Cajus* Plinius 17
*Camillus* Theſaurus 170
*Carolus* Stephanus 92
*Caſpar.* Aſellius 236
——— Bartholinus 200
——— Bauhinus 158
——— Hoffmannus 206
*Chriſtoph.* Guarinomius 184
——— Meurerus 171
——— Nunez 204
——— Pecelius 128
——— Plantinus 137
——— Preibiſius 222
——— Rumbaum 153
——— Scheinerus 213
——— a Vega 107
*Claudius* Galenus 20
*Conradus* Geſnerus 74
Conſtantinus 38
*Conſtantius* Varolius 139

D.

*Daniel* Bucretius 234
——— Moeglingus 161
——— Sennertus 220
*David* Chytræus 147
——— *de* Planis Campi 257
——— Herlicius 200
——— Kynalochus 171
Democritus 8
Diocles 243
*Dinus* de Garbo 43
*Dominicus* Terellius 145
*Dominicus* Bertaccius 152
——— Leonus 250
*Dioniſius* Paulus 90
*Duncanus* Liddelius 257

E.

*Edmundus* Hollingius 163
*Emanuel* Nonnius 160
Eraſiſtratus 14
*Eucharius* Rhodion 65
*Euſtachius* Rudius 157

F.

*Fabr.* Bartholetus 214
*Federicus* Bonaventura 184
*Felix* Platerus 149
*Ferdinandus* Mena 106
*Fortunius* Licetus 256
*Fran. Antonius* Caſerta 221
——— *Martin. de* Caſtrillo 109
——— *Matthæus* Fernandez 215
——— Michinus 107
——— Plazzonius 221
——— Roſſetus 251
——— Putæus 119
——— Spinæus 222
——— Tidicæus 206
——— Valeſius 113
——— Ulmus 146
*Frid.* Petri 144

G.

*Gabr.* Cuneus 123
——— Falloppius 115
——— *de* Zerbis 53

*Galeot.* Martius 199
*Georg.* Bartiſch 151
—— Graſeccius 188
—— Horſtius 188
—— Valla 53
*Germanus* Courtin 203
*Gregor.* Horſtius 189
—— Nymannus 238
—— Nyſſenius 133
*Gualt. Herm.* Riffus 91
*Guido* de Cauliaco 48
*Guill.* Bulleine 259
—— Fabritius Hildanus 225
—— Harveus 239
—— Horman 246
—— Rondeletius 237
—— du Vall 215

H.

*Hannibal* Albertinus 212
*Hector* Sclanovius 197
*Helkiah* Crook 212
*Heningus* Arniſæus 255
*Henr.* Daniel 219
—— Hopfnerus 238
—— Paxmannus 109
—— Petræus 200
—— Stephanus 124
Herophilus 12
*Hieron.* Braunſchwig 246
—— Capivaccius 163
—— Cardanus 133
—— Fabricius ab Aquap. 176
—— Mercurialis 138
—— Montaltus 163
—— Senis 179
—— Thriverius 90
Hippocrates 1

*Hippolitus* Boſcus 180
*Horatius* Augenius 170

I.

*Jac.* Berengarius 57
—— Bordingus 163
—— Foroliviensis 50
—— Grevinus 124
—— Guillimæus 173
—— Lopez 60
—— Marque 199
—— Milichius 96
—— Mœcius 236
—— Mullerius 212
—— Pelletarius 249
—— Rueff 107
—— Schegkius 77
—— Schalingius 205
—— Segara 171
—— Sylvius 101
*Jaſon* à Pratis 59
Jeſus 243
*Ilfonſus* Nuneſius 190
*Joach.* Camerarius 100
*Joach. Fortius* Ringelbergius 61
*Jodoch.* Willichius 92
*Joh.* Anglicus 52
—— Baniſter 145
—— *Baptiſta* Cannanus 137
—— —— Carcan. Leonis 142
—— —— Corteſius 230
—— —— Montanus 110
—— —— *de* Gello 198
—— Bockelius 152
—— Burgowerus 222
—— *Caſp.* Helblinus 216
—— *Conrad.* Rhumelius 228

*Johannes* Cajus 247
—— Carvinus 120
—— Concoreggius 245
—— Coſta & Coſtæus 115
—— Crato 123
—— de Vigo 56
—— de Ketam 52
—— Diurius 245
—— Dryander 71
—— Duvalius 210
—— Fernelius 75
—— Fragoſus 251
—— Gersdorff 100
—— Gorræus 95
—— Guintherius 68
—— Hall 126
—— Heinstius 228
—— Hucherus 255
—— *Hieron.* Bronzerius 235
—— *Jac.* Weckerus 250
—— *Jeſſenius* à Jeſſen 184
—— Lalamantius 110
—— Lygæus 108
—— *Matth.* de Gradibus 51
—— Manelphus 213
—— *Math.* Viringus 172
—— Padovanus 160
—— *Philip.* Ingraſſias 185
—— Pincierus 263
—— Piſtorius 204
—— Poſthius 161
—— Remmelinus 218
—— Riolanus 191
—— *Rudolph.* Saltzman. 239
—— Schenkius 254

*Johannes Siſinus* Amabilis 209
—— Tagaultius 91
—— Tarduinus 215
—— Valverda 111
—— Viſcherus 144
—— *Walter.* Viringus 60
*Julius* Caſſerius 181
—— *Cæſar* Arantius 134
—— —— Scaliger 217
—— —— Claudinus 212
—— Jaſſolinus 141
—— Pollux 27

L.

*Lactant.* Eugenius 134
*Latinus* Tancredus 191
*Leonhardus* Botallus 127
—— Fuchſius 98
—— Thurneiſerus 146
*Liberalis* Crema 231
*Lucas* Guarici 62
*Ludovic.* Bonacciolus 72
—— Buccaferrea 95
—— Collado 108
—— Gardinius vel du Gardin 258
—— Septalius 191
—— Vaſſæus 73
Lycus 14

M.

*Magnus* Hund 54
*Marcus Anton.* Turrian. 54
—— —— —— Ulmus 254
Marinus 15
*Marianus Sanctus* Barolitanus 62

*Matth.* Curtius 97
—— Dreſſerius 148
—— de Gradi 51
—— *Ludovicus* Glandorp 216
*Maturinus* Montanus 109
Melampus 259
*Melchior* Sebizius 229
Meletius 260
*Menelaus* Winſenius 189
*Michael* Doringius 239
—— Gavaſſetius 156
—— Poll 180
—— Scotus 55
—— Servetus 104
Mundinus 44
*Mundinus* Mundinius 198

N.

Nemeſius 35
*Nicolaus* de Haultpas 249
—— Maſſa 66
—— *Nancelius* Trachyenus 201
—— Nicolus 50
—— Rorarius 250
—— Sammichellius 170
—— Taurellus 156

O.

*Octav.* Horatianus 34
*Omnibonus* Ferrarius 251
Oribaſius 31
*Otto* Casmannus 172

P.

Parthenius 61
Paulus 33
*Paulus* Sarpa 226
Pelops 19
*Petrus* Aponenſis 261
—— Bellonius 106
—— Forreſtus 252
—— Franco 249
—— Laurembergius 214
—— Lowe 203
—— Monedulatus 152
—— Montagnana 245
—— *Paulus* Gallio 172
—— Paaw 210
—— de Peramato 144
—— Uffenbachius 162
*Philippus* Melanthon 262
—— Mullerus 238
—— Montalto 190
Polemon 260
Polybus 8
*Pompeius* Caimus 231
*Proſper* Alcalanus 73

Q.

Quintus 14

R.

*Realdus* Columbus 113
*Renatus* Hennerus 108
*Richardus* Baniſter 223
*Rob.* Fludd 223
—— Recorde 248
*Rudolph.* Magiſter 204
*Rufus* Epheſius 19

S.



S.

*Salomon* Albertus 151
*Saluſtius* Salvianus 156 & 252
Satyrus 19
*Scipion* Mercuri 188
*Sanctorius* Sanctorii 204
*Sebaſt.* Bloſſius 222
*Sever.* Pinæus 172
*Simon* Petreius 169
*Soranus* 29
*Stephanus Michel* Spacherus 209
*Sylvius* Lanceanus 185
*Symphor.* Campegius 55

T.

*Theod.* Baronius 199
*Theoph.* Protoſpatarius 29
*Thomas* Aquinas 244
—— Cornachinus 196
—— Eraſtus 147
—— Fienus 220
—— Gemini 94
—— Phayre 171
—— Reineſius 230
—— Tygeon 142
—— Vicary 96
*Tobias* Knoblochius 198

V.

*Valentinus* Rylandus 213
*Victor* Cardelinus 239
*Vidus* Vidius 202
*Vincentius* Burgundus 230
*Vincentinus* Alſarius à Cruce 235
*Volcherus* Coiter 129

C A

# CATALOGUS AUCTORUM

IN QUO

NOMINA eorum frequentiùs uſurpata præfiguntur.


Achillinus *Alexander* 56
Aëtius 33
Albertinius *Hannibal* 212
Albertus *Aloyſius* 235
—— *Salomon* 151
Alcalanus *Proſper* 73
Anglicus *Bartholomæus* 47
—— *Johannes* 52
Aponenſis *Petrus* &c. 261
Aquinas *Thomas* 244
Arantius *Julius Cæſar* 134
Arniſæus *Henningus* 255
Aſellius *Caſpar.* 236
Augenius *Horatius* 170

B.

Baniſter *Johannes* 145
—— *Richardus* 223
Baronius *Theodorus* 199
Bartholetus *Fabritius* 214
Bartholinus *Caſp.* 200
Bartiſch *Georg.* 151
Bauhinus *Caſp.* 158
Bellonius *Petrus* 106
Benedictus *Alex.* 60
Berengarius *Jac.* 57
Bertaccius *Domin.* 152
Bettus *Antonius Maria* 129
Bloſſius *Sebaſtianus* 222
Bokelius *Johannes* 152
Bonaventura *Feder.* 184
Bonacciolus *Lud.* 72
Bordingus *Jac.* 163
Boſcus *Hippol.* 180
Bottonus *Albertinus* 253
Botallus *Leonh.* 127
Braunſchwig *Hieronymus* 246
Bronſerius *Joh. Hieron.* 235
Buccaferrea *Lud.* 95
Buccius *Aug.* 149
Bucretius *Dan.* 234
Burgowerus *Joh.* 222
Burgundus *Vincent.* 230

C.

Cabrolius *Barthol.* 187
Cæſalpinus *Andr.* 164
Caimus *Pompeius* 231
Caius *Bernh.* 197
—— *Johannes* 247
Camerarius *Joach.* 100
Campegius *Symph.* 55
Cannanus *Joh. Bapt.* 137
Capivaccius *Hieron.* 168
Carcanus Leonis *Joh. Bapt.* 142
Cardanus *Hieron.* 133
Cardelinus *Victor* 239


Car-




Carvinus *Joh.* 120
Caſmannus *Otto* 172
Caſſerius *Julius* 181
Caſſerta *Franc. Ant.* 221
de Caſtrillo *Franc. Mart.* 109
Cauliaco *Guido de* 48
Celſus *Aur. Cornel.* 15
Chytræus *David* 147
Claudinus *Julius Cæſar* 212
Codronchus *Baptiſta* 185
Coiter *Volcherus* 129
Columbus *Realdus* 113
Collado *Ludovicus* 108
Concoreggius *Johannes* 245
Cornacchinus *Thomas* 196
Corteſius *Johannes Baptiſta* 230
Coſtæus *Johannes* 115
Courtin *Germanus* 203
Crato *Johannes* 123
Crema *Liberalis* 231
Cremoninus *Cæſar* 233
Crook *Helkiah* 212
Cruce *Vinc. Alſar. à* 235
Cuneus *Gabriel* 123
Curtius *Matth.* 97

D.

Diocles 243
Diurius *Johannes* 245
Doringius *Michael* 239
Dreſſerius *Matth.* 148
Dryander *Johannes* 71
Durer *Albertus* 62
Duvalius *Joh.* 210

E.

Epheſius *Ruffus* 19
Eraſtus *Thomas* 147
Eugenius *Lactantius* 134
Euſtachius *Barthol.* 120

F.

Fabricius *ab Aquap. Hieron.* 176
Falloppius *Gabriel* 115
Fernandez *Matthæus* 215
Fernelius *Johannes* 75
Ferrarius *Omnib.* 251
Fienus *Thomas* 220
Fludd *Rob.* 223
Fæſius *Anutius* 253
Forolivienſis *Jac.* 50
Forreſtus *Petrus* 252
Fortius *Angelus* 90
Fragoſus *Johannes* 251
Franco *Petrus* 249
Fuſchius *Leonh.* 98

G.

Galenus *Claudius* 20
Gallio *Petr. Paul.* 172
Garbo *Dinus de* 43
Gardinius *Ludov.* 258
Gavaſſetius *Mich.* 156
Gello *Joh. Bapt. de* 198
Gemini *Thomas* 94
Gentilis *Albericus* 156
Gersdorff *Johannes* 100
Geſnerus *Conradus* 74
Glandorp *Mat. Lud.* 216
Gordonius *Bernh.* 43
Gorræus *Johannes* 95
Gradi *Matth. Joh. de* 51
Graſeccius *Georg.* 188
Grævinus *Jac.* 124
Guarici *Lucas* 62
Guarinomius *Chriſtoph.* 184


Gue-

Guevar. *Alph. Roder.* 163
Guillimæus *Jac.* 173
Guintherius *Joh.* 68

H.

Halle *Joh.* 126
Harvæus *Guil.* 239
de Haultpas *Nicolas* 249
Heinſius *Joh.* 228
Helblinus *Joh. Caſp.* 216
Helepyrus *Andr.* 149
Hennerus *Renatus* 108
Herlicius *David* 200
Hildanus *Guil. Fabr.* 225
Hillus *Albanus* 247
Hoffmannus *Caſp.* 206
Hollingius *Edmundus* 163
Hopfnerus *Henr.* 238
Horatianus *Octav.* 34
Horman *Guil.* 246
Horſtius *Geor.* 188
—— *Greg.* 189
Hucherus *Joh.* 255
Hund *Magnus* 54

I.

Jaſſolinus *Julius* 141
Jeſſenius *Joh. Jeſſen. à* 184
Jeſus 243
Ingraſſias *Joh. Philip.* 185
Johannes *Actuarius* 40
Junius *Adrianus* 132

K.

Ketam *Joh. de* 52
Knoblochius *Tob.* 198
Kynalochus *David* 171

L.

Lacuna *Andr.* 63
Lalamanthius *Joh.* 110
Lanceanus *Sylvius* 185
Landus *Baſſianus* 75
Laurentius *Andr.* 174
Laurembergius *Petrus* 214
Leon *Andr.* 161
Leonus *Dominicus* 250
Libavius *Andr.* 208
Licetus *Fortunius* 256
Liddelius *Duncanus* 257
Lopez *Jac.* 60
Lowe *Petr.* 203
Luchtenius *Adamus* 191
Ludovicus *Anton.* 74
Luſitanus *Amatus* 247
Lygæus *Joh.* 108

M.

Magiſter *Rudolph.* 204
Magnus *Albertus* 42
Manelphus *Joh.* 213
Marinus 15
Marque *Jac. de* 199
Marcius *Galeot.* ibid.
Maſſa *Nicol.* 66
Maſſarias *Alex.* 197
Melampus 259
Melanthon *Philippus* 262
Meletius 260
Mena *Ferdinandus* 106
Mercurii *Scipion* 188
Mercurialis *Hieron.* 138
Merindolus *Anton.* 209
Meurerus *Chriſtoph.* 171
Michelſpacherus *Steph.* 209
Michinus *Franc.* 107


Mi-




Milichius *Jac.* 96
Mizaldus *Anton.* 144
Mœcius *Jac.* 236
Moeglingus *Daniel* 161
Monedulatus *Petr.* 152
Montaltus *Hieron.* 163
—— *Philippus* 190
Montana *Bernh.* 100
Montagnana *Petrus* 245
Montanus *Johannes Baptiſta* 100
—— *Maturinus* 109
Mullerius *Jac.* 212
Mullerus *Philip.* 238
Mundinius *Mundinus* 198
Mundinus 44

N.

Nancelius *Nicol. Trach.* 201
Nicolus *Nicolaus* 50
Nonnius *Emmanuel* 160
Novocampianus *Alb.* 100
Nuneſius *Ilfonſus* 190
Nunez *Chriſtoph.* 204
Nymannus *Greg.* 238
Nyſſenius *Greg.* 133

O.

Odonius *Cæſar* 101

P.

Paaw *Petrus* 210
Padovanus *Joh.* 160
Paræus *Ambroſ.* 118
Pariſanus *Æmil.* 223
Paulus *Dioniſius* 90
Paxmannus *Henricus* 109
Pecelius *Chriſtoph.* 128
Pelletarius *Jac.* 249
Peramato *Petrus de* 144
Petræus *Henr.* 200
Petreius *Simon* 169
Petri *Frid.* 144
Phayre *Thomas* 171
Piccolhominus *Archangelus* 153
Pinæus *Severinus* 172
Picierus *Johannes* 263
Piſtorius *Joh.* 204
Planis Campi *David de* 257
Planternus *Andr.* 148
Plantinus *Chriſtoph.* 137
Platerus *Felix* 149
Plazzonius *Franc.* 221
Plinius *Caius* 17
Poll *Michaël.* 180
Pollux *Julius* 27
Poſthius *Joh.* 161
Pratis *Jaſon. à* 59
Preibiſius *Chriſtoph.* 222
Protoſpatharius *Theoph.* 29
Putæus *Franc.* 119


S R. Re-

R.

Recorde *Robertus* 248
Reineſtus *Thomas* 230
Remmelinus *Joh.* 218
Rhaſes *Abubeter* 37
Rhodior *Eucharius* 65
Rhumelius *Joh. Conr.* 228
Riffus *Gualt Herm.* 91
Riolanus *Joh.* 191
Rodericus *Alphons.* 163
Romanus *Ægidius* 205
Rondeletius *Guil.* 237
Ronſæus *Balduin.* 169
Rorarius *Nicolaus.* 250
Roſſetus *Franciſc.* 251
Rudius *Euſtachius* 157
Rueff *Jac.* 107
Rumbaum *Chriſtoph.* 153
Rylandus *Valent.* 213

S.

Salzmannus *Joh. Rudolphus* 239
Santa Cruz *Anton. Ponce* 257
Salvianus *Saluſt.* 252
Sanctorii *Sanctorius* 204
Sammichellius *Nicol.* 170
Sanctus *Marianus* 62
Sarpa *Paulus* 226
Scaliger *Jul. Cæſar* 217
Scheinerus *Chriſtoph.* 213
Schegkius *Jac.* 77
Schenkius *Johannes* 254
Schillingius *Jac.* 205
Sclanovius *Hector.* 197
Sectus *Mich.* 55
Sebitzius *Melch.* 229
Segara *Jacobus* 171
Senis *Hieron.* 179
Sennertus *Dan.* 220
Septalius *Lud.* 191
Servetus *Mich.* 104
Siſinus Amabilis *Joh.* 209
Spigelius *Adrian.* 232
Spinæus *Franc.* 222
Stephanus *Carolus* 92
—— *Henricus* 124
Sylvius *Jacobus* 101

T.

Tagaultius *Joh.* 91
Tarduinus *Joh.* 215
Tancredus *Latinus.* 191
Taurellus *Nicol.* 156
Teleſius *Bernh.* 161
Terellius *Dominicus* 145
Theſaurus *Camillus* 170
Thriverius *Hieron.* 90
Thurneiſerus *Leonh.* 146
Tidicæus *Franc.* 206
Tigeon *Thomas* 142
Trachyenus *Nicol. Nancel.* 201
Turrianus *Marc. Ant.* 54

U.

Uffenbachius *Petrus* 162
Ulmus *Franc.* 146

*Marc.*



—— *Marc. Ant.* 254
Val *Guil. du* 215
Valeſius *Franc.* 113
Valla *Georg.* 53
Valverda *Joh.* 111
Varolius *Conſtantius* 139
Vaſſeus *Ludov.* 73
Vega *Chriſtoph. à* 107
Veſalius *Andr.* 77
Vicary *Thom.* 96
Vidius *Vidus* 202
Vigo *Joh. de* 56
Viringus *Joh. Walter* 60
—— —— *Matthæus* 172
Viſcherus *Joh.* 144

W.

Weckerus *Joh. Jac.* 250
Willichius *Jodoch.* 92
Winſenius *Menelaus.* 189

Z.

Zenon *Anton.* 52
Zerbis *Gabriel de* 53

BIBLIO
ANATO

A
3
487